METHODVS

METAPHYSICI SYSTEMATIS CONVENIENTISSIMA.

CANONIBVS ILLVSTRATA ET,

Sex libris comprehensa ab

HENRICO NOLLIO PHILOSOPHIÆ M. & Philiatro.



PROSTAT

In nobilis Francoforti Palthe-
niana.

Anno MDCXIII.

REVERENDIS ADMODUM ET DOCTISSIMIS Viris.

Dn. SEVERINO GRUSEMAN Ecclesiæ Christi, quæ colligitur in Waltlaubersheim / præsuli fidelissimo.

Dn. HERMANNO Schippero verbi diuini apud Dumringenses Ministro vigilantissimo.

Dn. PHILIPPO Landfidelio Ecclesiæ Saræpontanæ Diacono dignissimo. &

Dn. M. IOANNI Stappio Scholæ Reiscurianæ moderatori diligentissimo.

Dominis affinibus, fautoribus & amicis in perpetuam sui memoriam, & amicitiæ nunquam interituræ testimonium hoc Systema Metaphysicum dedicat & consecrat auctor.

QVANQVAM Metaphysicum hunc libellum nunquam publici Iuris facere mecum cõstitueram, quia imperfectus erat, nec per negotia Hermetica mihi iam licebat lineã ei addere, tamen vt aliis, quorum ingenia plus otii sibi in Metaphysicis meditandis sumunt, occasionem saltem perfectius excolendi & conscribẽdi hanc scientiam offerrem, non possum, quin doctissimorum quorundam virorum hortatu id, quod olim in hisce e musis perscrutatus fui, & in ordinem conuenientissimum redegi, iam in lucem emitterem.

Id vero, quod me ad eius eximiæ disciplinæ tractationem mouerit, paucis significabo.

1. Vidi Philosophiam, & intelligentiarum doctrinam huic generali scientiæ immisceri. Verum, cum in generali Systemate sola generalia sint explicanda, Theosophiam illam plane a Metaphysica scientia esse alienam iudicaui. Theosophiam, intelligentiarum, & animæ humanæ Doctrinam

Cabala sibi vendicat: Cuius fundamentum est vera fides: Hæc operatur naturalia supernaturaliter & miraculose. Hoc vero, si præstare debet, exaltetur necesse est. Quando exaltatur, fides dat Imaginationem, imaginatio Spiritum, & spiritus hic est veluti magnes, qui ex eo, quod potentia efficiendi pollet, potentiam istam extrahit, sibi vel aliis applicat, & sic mirabiliter operatur. Exemplo est mulier illa, quæ duodecim annos ex sanguinis immoderato fluxu laborauit, & per solum contactum fimbriæ vestis Christi sanitati restituta fuit. Christus vbi fuit a muliere illa attactus, aperte ait, virtutem a se egressam fuisse, & postea medium, quo illud præstitum fuerit, significauit, vbi ita mulierem istam affatus est: Fides tua te saluam fecit. Totum negotium in eo consistit, vt fides in exaltationem veniat. Media, quibus exaltetur, duo in Cabala proponuntur, nempe Pietas & Sobrietas: Specialius a Christo exponuntur, vbi ait, Quoddam dæmoniorum genus preci-

cibus & Ieiunio eiici, Pauci sunt, qui hanc magiam apprehendunt, ac proinde etiam Christus prædixit nouissimo seculo, fidem vix in mundo inueniri. Hæc est fides qua Deo firmissime vnimur & miracula edimus. Medium, per quod nobis illius fidei potentia applicatur, est nomē IESVH. &c. sed de his in Cabala mea: vulgus non sapit veræ & summæ huius sapientiæ dulcedinem. Cortex fidei potius apud ipsos est, quam nucleus. Hæc obiter.

2. Canones, ex quibus de terminis Metaphysicis iudicandum est, hactenus hinc atque illinc sparsim dispersi apud Philosophos leguntur. Hos in certam compaginem dispositurus, eos suis terminis subiicere, atque vbi opus fuerit, explicare volui.

3. Doctrina principiorum nullibi plene & perfecte in aliquo systemate proposita fuit: itaque operæ pretium me facturum putaui, si perfecte eam doctrinam in hac disciplina enucleauero.

4 Taceo alia infinita, quæ in vulgaribus

ribus huiusmodi libris desiderantur, & vbique huic meo libro inseruntur.

Si doctis viris operam meam placuisse animaduertero, succisiuis horis, Deo iuuante & vitæ vsuram longiorem concedente, pleniorem, castigatiorem & dilucidiorem Canonum & theorematum tractationem, vbi necessitas efflagitauerit, meditabor. Interea, Candide lector, his, quæ ex candido & fideli corde tibi communico, fruere.

Vale.

LIBER I. METAPHYSICAE,

DE AFFECTIONIBVS ENTIS SIMPLICIBVS, ET IIS, quæ ante eas sunt explicanda.

CAPVT I.

De definitione Metaphysicæ.

I. Metaphysica est entis scientia vniuersalis.

DEFINITVM.

Vox (Metaphysica) ex præpositione μετὰ & nomine φύσεως conflata est, vt inde intelligamus ea, quę in hac disciplina proponuntur, ab Aristotele post rerum physicarum inuentionem & contemplationem excogitata esse, atque extra ipsius naturæ terminos longe egredi.

Variæ appellationes.

Vocari solet alias prima Philosophia, quia de communissimis & primis omnium rerum principiis & attributis agit, nec mutuatur propositiones ab alia scientia, *Scal. ex. 6. ſ. 3.* ac

proinde reliquæ disciplinæ Philosophicæ ab ea dependent. Dicitur enim prima, quia reliquis scientiis communissime præest. *Daniel Crem. in Isagoge Metaph. p. 3.* Nuncupatur & sapientia, quod res a vulgi captu remotas cōtempletur earumq; supremas inquirat caussas, atque per eam fundamentum omnium scientiarum, quæ naturalis rationis lumine comparantur, iaciatur. Quare videtur Cramero *d. l.* Plato eam θριγκοῦ καὶ τέλος munimētum & perfectionem reliquarum disciplinarum dicere.

Genus Metaphysicæ.

Genus Metaphysicæ est scientiæ, quippe eius fines non est operari, sed θεωρεῖν: Vnde Pererius *lib. 1. de Philosophia cap. 12.* ait, *Scientiæ vocabulum principaliter tribui Metaphysicæ 1.* quia scientiæ est θεωρεῖν, hoc est, diuina inspicere id, quod maxime facit Metaphysica. 2. quia speculatiua scientia est maxime sui gratia, vt inquit Aristoteles *1. Met. c. 2.* Hoc autē maxime conuenit in Metaphysicam, ad quam tandem referuntur cæteræ scientiæ, & in qua magna ex parte consistit naturalis felicitas hominis. 3. quia Metaphysica habet patrocinium aliarum disciplinarum defendendo eas contra proteruos & sophistas, & suam cuique scientiæ materiam præscribit, in qua vertetur. 4. Ad hæc Plato, cum in Philebo, tam in septimo Dialogo *De rep.* tantum concedit Metaphysicæ (quam ibi appellat

pellat & significat nomine Dialecticæ) vt præ illa alias disciplinas non dignetur appellatione scientiæ. Metaphysica dicitur scientia vniuersalis, quia entium singularium cõtemplationẽ excludit; nec non habet principia, quorum vsum cæteræ disciplinæ postulant, qñ de earum obiectis generalis aliqua affectio demonstranda est.

Obiectum.

Obiectum Metaphysicæ est ens vniuersalissimè intellectum, seu ens qua ens: itaque Metaphysica res ipsas, quatenus hoc sunt, quod sunt, sola docet contemplari. Scalig. ex 250.f.5. Hæc sententia est vera, & est Aristotelis, qui iniustè taxatur a Timplero: Aristoles enim, qñ Metaphysicam versari circa ens qua ens contendit, per modũ illum considerãdi (quatenus ens) non excludit Substantiam & accidens: quasi substantia & accidens non debeant proponi & doceri in Metaphysicis (ens enim cum primario substantiæ cumpetat ad pleniorem sui explorationem & cognitionem requirit substantiæ considerationem, & cum sit genus analogon, vt vniuersale a particularib. abstrahi non potest: Confer *Fonf.lib.2.Met.c.1.q.2.* Sed vt sciat veritatis studiosi Metaphysicam esse generalissimam scientiam, quæ de nullo particularis alicuius scientiæ obiecto agat. Et minus bene statuit Timpl. obiectum Metaphysicæ esse omne intelligibile, quatenus intelligi potest ab homine sine vllo materiæ conceptu: quippe ea ratione Mathesis, vt Geometria, quæ

ſine vllo materiæ conceptu res intelligibiles proponit, cum Metaphyſica confunderetur, quod abſurdum.

II. In Metaphyſica quædam per ſe, quædam per accidens tractantur.

III. Per ſe in Metaphyſica conſideratur, 1. Ens, 2. πάθη ſeu affectiones entis, & 3. ſpecies entis proximæ.

Notare eſt, quod ſpecies entis proximas Metaphyſicus tamdiu ſubdiuidat, quamdiu manet ſubdiuiſarum ſpecierum communitas, qua ex inferioribus ſingulis ſcientiis excluduntur. Vnde ſcimus, quod quoq; quantitatem, qualitatem, actionem, paſſionem & relationem (accidentis ſpecies) Metaphyſica exponat: quippe nulla diſciplina inferior dari poteſt, quæ eas ſpecies generaliter explicet.

CAPVT II.

De Ente & eſſentia.

I. Ens eſt, quod per ſuam eſſentiam eſt id, quod eſt.

Ens ſumitur, vt docet Schola Pariſienſis *comm. in 2. Phyſic. fol.* 47. tripliciter: vno modo maxime trãſcendenter, & ſic quodlibet intelligibile eſt ens, ſiue ſit actu, ſiue in potentia. 2. pro eo, quod actualiter exſiſtit. Et ſic tantum vulgo ſolet conſiderari. Metaphyſicus omnes ſignificationes admittit.

CANONES.

I.

Ens quod per ſe in Metaphyſica docetur, eſt poſitiuum.

II.

Omne ens id ipſum eſt, quod eſt, neque fieri poteſt, vt ſimul ſit & non ſit, *Tau. contra Caſalp. lib. 1. q. 3. ſ. 2.*

Sic impoſſibile eſt. *Hoc animal eſſe ſimul hominem & non hominem: mundum eſſe & nõ eſſe.*

Hoc axioma inter principia complexa eſt ſimpliciter primum, ita vt nullum dari poſſit prius. Alii ſic exprimunt: *Contradictoria eſſe ſimul vera, impoſſibile eſt.*

II. Ad primariam cognitionem entis requiritur cognitio eſſentiæ: Eſſentia enim eſt forma & quidditas entis.

Hinc Scalig. *ex. 65. ſ. 2.* Entis ait, quidditas eſt eſſe. Caute tamen hoc Scaligeri effatum accipiendum eſt, ne exiſtimemus, cum exſiſtere & eſſe nullo pacto realiter diſtinguantur. *Fonſec. q 3. ſ. 1. c. 2. lib. 4. Met.* exſiſtentiam eſſe formam entis, cum tamen ſit ipſius πάθος.

Sciendum itaque eſt, eſſe duobus modis accipi, vno vt ſignificat exſiſtere, quæ eſt propria verbi ſignificatio (& ita loco ex Fonſeca deſumto accipitur) altero vt ſignificat eſſentiam, quo ſumitur *lib. 3. de anima c. 4.* cum dicitur aliud eſſe, eſſe carnem, aliud, eſſe carnis eſ-

sentiam. Hanc significationē Scaligeri dictum requirit. Notanda hic ēt est ambiguitas vocabuli *essentiæ*. Aliqñ.n. latissime accipitur, *vt in hoc loco*. Aliqñ strictius q̄ñ strictius accipitur, intelligendum est, ait Scal. *lib. de causs. l. I. c. 91.* οὐσίαν seu essentiam triplicem esse: Materiam, Formā, & Compositum. Forma igitur dicitur essentia, quia dat essentiā: Materia, quia dantem gerit: sed proprie οὐσία est totum ipsum, a qua quod substantiuū vocabant, nominauimus essentiale.

CANONES.

I.

Essentia cuiusq; rei est indiuisibilis. *Scal. ex. 106. s. 2*

I. Quia vna ἁπλῶς γὰρ δὲ ἀδιαίρετον *Arist. 10. Met. c. 1. & 2*
II. Quia perfecta est: essentia n. sola perfectio est. *Scal. ex. 106. s. 2.* III. Quia nihil est aliena essentia, propriamq; habet essentiam, quidquid vspiam rerum est. *Tau. de rer. ater. p. 63. Scal. ex. 307. s. 14.* IV. Quia essentiæ nihil addi, nihil ēt detrahi pōt propter simplicitatē. *Schegk. com. in to. p. 4. 99.*

II.

Essentiam non mutat gradus. *Scal. ex 12. s. 4.*

Sed plus & minus non incōmodat essentiæ. *Scal. lib. 1. de plantis. p. 127.* Canonem hunc vulgo sic efferunt Magis & minus non variant speciem. *Arist. 1. pol. Context. 146.* Sic quia homo præstantius animal est quam bestia, ideo animal prorsus non est.

III.

Vniuscuiusque rei vna est essentia.

ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἕν ἐστι τὸ εἶναι ὅπερ ἐστὶν *Arist. 6 Top. c. 3.* Canonē hunc Timpler. docet q. 4. c. 3 *lib* 1. *Met.* non esse simpliciter verum. Sed secundū quid, quia vni, eidēq; enti possunt accidere multæ relationes, & per consequens multæ essentiæ respectiuæ Resp. 1. Ex eo, quod accidit, vnitas tolli neqt. Quare quia multæ relationes concurrunt in vno ente, illæ omnes sunt vnum ratione entis vnius, in quo sunt 2. Vnum, si dicitur habere plures essentias, quia habet plures relationes, nihil est quod Aristot. reprehendatur vel aliquo mū, cū τὸ ὂν consideret in se, non ratione relationū. 3. Canonis sententia hæc est, vnius rei, qua vna, vnam esse essentiam.

IV. Nul-

IV.

Nullum ens poteſt ſaluum exſiſtere, deſtructa eſſentia.

Ideo quia eſt entis forma (quæ dat eſſe cuique rei. *Tau. contra Cæſalp. p. 216. & 218. per lib. 2. c. 5.*) ac proinde omne ens eſt ens per eſſentiam propriam: *Tau de rerum æternitate, p. 590 & Scal. ex. 307. ſ. 14.*

V.

Quidquid ab alio ſuam habet eſſentiam, ab alio ſuam habet perfectionem (& vice verſa) *Tau. lib. de rerum æternitate p. 41.* Sic a Deo, quia mundus eſt, a Deo etiam perficitur & ornatur.

VI.

Quidditas *a* entis non pōt habere rationē partis.

a Entis ſcilicet vniuerſaliſſime ſumti. Quia quidditas abſolute abſtrahit ab infinitate & finitate. *Schola Pariſ. Com. in lib. 1. Phyſ. fol. 22.*

CAPVT III.

De πάθη, ſeu affectionibus in genere.

I. πάθη ſeu affectiones entis ſunt, quæ enti generaliſſime conſiderato attribuuntur, vt modi, ita tamen, vt entium ordinem non egrediantur.

Cum perfecta ſcientia, *vt docet Scal. lib. de C. l. l. c. 3.* nō ex ſola habeatur definitione, ſed omnes quoq; rei affectus cognoſcere oporteat, accedimus, definitione entis explicata ad entis πάθη, eaq; expoſituri monemus, quod cū duo ſint genera, affectionū quarū aliquæ cū ente ſiue disiunctione conuertūtur, aliquæ vero cū disiunctione, difficulter aliqua definitio generalis dari poſſit. Tentauimus tñ aliquid, vt non definitionem, deſcriptionem, ſaltem exhiberemus. Retineo vocabulū, πάθη, q; ſignificat *paſſiones* interprete Fonſeca & aliis, affectus interprete Scaligero non, vt quiſpiam inferat, Deum pati, & proinde eſſe mutabilem: Scio enim certiſſime, πάθος per ſe nihil imperfectionis & mutabilitatis Deo afferre, cum πάθη, quæ Deo tribuuntur, indicēt potius ſummam perfectionem: Termini enim Philo-

orum non conſtituuntur paſſiones (*b*) ıferiorum. *Fonſ. lib. 4. Met. cap. 2. qu. ſ. 4.*

(*a*) Id eſt vniuerſaliorum. (*b*) id eſt, ſpe-ialiorum. Senſus ergo Canonis hic eſt. *Ex aſſionib. generis, quatenus ſunt eius propria πά-η, non poſſunt paſſiones propriæ conſtitui.*

IV.

Πάϑος per ſe nullam enti infert com-oſitionem & corruptibilitatem.

Id eſt: non ideo ens eſt compoſitum & cor-ruptibile, quia affectus habet: alias Deum compoſitum & corruptibilem dicere nos o-porteret: Quod eſſet abſurdum.

II. Πάϑη entis ſunt vel Simplicia, vel Coniuncta.

III. Πάϑη ſimplicia, ſunt 1. *Exſiſtentia, Duratio, & Vbietas.* 2. *Vnitas, Veritas, Bonitas*: quæ explicabo ordine.

CAPVT IV.

De Exſiſtentia.

I. Exſiſtentia eſt affectio, qua ens exſi-ſtit

D. Thomas Aquinas ita definit. Exſiſten-tia eſt actualitas impreſſa rebus a primo agen-te. Pererius hoc modo *lib. 6. de princip. nat. c. 13.* Exſiſtentia eſt modus quidam rei, quo res

dicitur esse extra nihilum & a suis caussis producta, & actu esse in mundo. Quæ definitiones proprie competũt solis creaturis, ac proinde non sine iusta explicatione admitti possunt. Addo hoc, quod Pererii definitio non possit applicari ad spiritus super cœlestes, qui non sunt in mundo & tamen exsistunt.

CANONES

I.

Essentiæ qualiscunq; positione explorata per certos effectus, operationes, certaq; accidentia, Exsistentiam eius habemus exploratam, id est, scimus illud ens, cuius essentia est, exsistere.

II.

Exsistantia propter arctissimum nexum est ab essentia inseparabilis.

Vnde Franciscus Suarez 2. *disp. Met. 31. s. 6.* ait, *Exsistentiam ab essentia creatura aque minus posse auelli, ac albedinem ab ipso albo* & s. ẽt. 12. *ablato esse exsistentia essentiam nihil esse*: Bene ergo Collegium Conimb. *lib. 1. phys. c. 9. qu. 2. art. 2.* ait, *Sine exsistentia nihil exsistere posse.* Qua de caussa Thomas Aquinas errauit *lib. 2. contra Gent. c. 52.* vbi ait, etsi exsistentia non sit sine essentia, essentiam tamen esse posse sine exsistentia.

CONSECTARIVM.

Itaq; vnius communicata exsistentia, Communicatur & ipsa essentia.

Pas-

Passiones enim, inquit Fonseca *lib.4. Met. c.2.q.2.s.2.* non communicantur, nisi quibus quidditas, a qua fluunt. Cõmunicatur.

III.

Vnius rei vna est exsistentia.

ἀκύρως loquitur Timplerus *qu. 7. c. 4. lib. 1. Met.* Vnum ens habere plures exsistentias: Inauditum enim hactenus est in philosophia.

IV.

Caussa ipsius esse omnibus est essentia; *αἴτιον τοῦ εἶναι πᾶσιν ἡ οὐσία: Arist.lib.2. de anima c.4.t.36.*

Vnde illud Scholasticorum: omnem exsistentiam esse vltimam actualitatem cuiusq; formæ seu essentię.

V.

Plura requiruntur ad exsistentiã tribuendã, q̃ ad essentiã rei constituendã: *Zab.lib. 1. de materia prima.c.3.4. & 5.*

Quia exsistentia est quoddã additũ essentiæ. *Zab.dicti libri c.3.& lib.de constitutione indiuidui c. 5. & 9.* II. quia res quælibet habet essentiam propriã per seipsam: at nõ res quælibet apta est per seipsam exsistere: sed multa sunt: quæ alio egent, per quod exsistant. *Zab. lib.1.de prima rerum materia c.3.* Sic ad hominis essentiã constituendã requiritur animalitas & ratio: sed ad eius exsistẽtiã præterea requirũtur externa subsidia, locus, tempus, &c.

VI.

Nulla forma generica potest dare exsistentiam.

(enti inferiori singulari) *Zabar. lib. 1. de pr. rerum materia cap. 2.*

CAPVT V.

De Duratione.

I. Duratio est entis in exsistendo permansio.

Scal. ait *ex. 359. s. 7.* durationem esse essendi tractum continuatum.

II. Duratio est vel Infinita, vel Finita.

III. Infinitæ durationis (quæ est entis increati,) mensura est æternitas.

Septem, teste Pererio *cap. 8. lib. 12. de princip. naturalib.* reperiuntur apud scriptores, præsertim sacros vocis Æternitatis significationes. Primo enim æternum significat id, quod initio & fine durationis caret. Et habet esse omnino immutabile, & hæc est princeps, propria & germana huius vocabuli acceptio soli Deo conueniens. Hæc significatio est huius loci. *Secundo* significat idem, quod inseparabile ab aliqua re, siue res sit æterna, siue non. Sic risibilitas dicitur inesse homini æternum. 3. In sacris literis dicitur æternum, cuius certus finis non constituitur. Sic exponit Augustinus *lib. quæst. in Gen. c. 31.* promissum Dei datum Abrahæ *Gen. 17.* de terra Chanaan possidenda a semine & posteris Abrahæ in æternum. 4. Æternum aliquid dicitur non in se, sed ratione eius rei, quā præsignificat & præfigurat.

figurat. Sic fœdus circumcisionis dicitur in sacris æternum non in se, quippe desiit, sed quatenus significat æternam cordis puritatẽ in altera vita per Christum dandam. 5. Æternum dicitur, quod licet initium habeat, fine tamen durationis caret. Sic *angeli sunt æterni*. 6. Æternum dicitur, quod longe durat, nec eius interitus a nobis notari & percipi potest, & hac ratione circumcisionis fœdus potuit in V.T. æternum appellari. 7. Æternum dicitur aliquid propter singularem, eximiam, & supernaturalem participationem æternitatis Dei, atque hac ratione visio essentiæ diuinæ, quæ vna continet vniuersam gloriam sanctorum & beatitudinem, dicitur vita æterna.

CANONES

I.

Ens infinitum æternum est.

Quicquid finitum est, ab alio determinatum est. Quod ab alio determinatum est, illo ens aliud est prius. Quo autem ens aliud prius est, æternum non est, (in æternitate enim nihil prius, nihil posterius) Ergo finitum æternum non est. Quicquid ergo æternum est, necessario infinitum est.

II.

A nullo alio dependens, æternum est.

Quicquid enim ab alio dependet, esse suũ habet ab alio. Quod ab alio suum esse habet,

aliquando factũ eſt: Quod aliquãdo factũ eſt, æternũ non eſt, & per conſequens, illud, quod æternum eſt, à nullo pendere poteſt.

III.

Æternorum nulla cauſſa eſt efficiens. *Tau. lib. de rerum ætern. p. 351.*

Omne enim, ꝙ efficitur aliquãdo nõ erat: Quod autẽ aliquando non erat, illud æternũ non eſt. Ergo quod aliquando efficitur, æternum non eſt. Si hoc, illius, quod æternum eſt, nulla erit cauſſa efficiens.

IV.

Quod poſterius eſt altero, ſeu quod aliud ſequitur, æternum nõ eſt. *Tau. lib. de rerum ætern. p. 74. & 79.*

Quia in æternitate nihil eſſe poteſt vel prius vel poſterius. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 1. ſummæ fidei orthodoxæ art. 11. q. 4.*

V.

Æternum non conſeruatur. *Tau. lib. de rerum ætern. p. 532.*

Quicquid n. per ſe incorruptibile eſt, nõ eget cõſeruatione: Æternũ ꝑ ſe incorruptibile eſt, quia a nullo pendet, nec corruptibilitatis principiũ in ſe habet: Ergo *æternũ non eget cõſeruatione.*

VI.

Quicquid in æternum fuit, id etiam in æternum eſſe neceſſe eſt. *Tau. lib de rerum ætern. p. 79.*

Quicquid in æterno fuit, nō habuit caussam efficientē: Quod non habet caussā efficientē, nec habet illud, a quo pendet. Quicquid nullo pendet, a nullo destrui potest. Quod nullo destrui potest, in æternum erit.

VII.

Quicquid est alterius gratiâ, (a) ab æterno non est. *Tau. in philosoph. triūpho.*

(a) ita ut eius non sit caussa efficiens.

IV. Duratio finita est entis ab infinito pendentis in exsistendo permansio.

CANONES

I.

Omne ens ab alio est per se corruptibile, etiam si nullam habeat materiam *Scal. ex. 71. s. 5.*

Est enim finitū & cōpositum: ꝙ actus purus non est, cōpositū aliquo modo est: Ergo & resolubile. *Scal. ibid.* Breuiter dicitur omne ens ab alio corruptibile, nō quod in se habeat principium corruptibilitatis, Sed quod aliūde corrumpi & destrui possit. Tametsi enim, inquit, Scal. *ex. 307 s. 20.* sunt entia absoluta a subiecto, & a termino: tamē haud sunt absōluta a caussa. Sunt igitur ꝑ aliud & ab alio. At ōe depēdens ab eo, a quo depēdet, si est volūtariū principiū mutari potest. Dicit hic Scaliger mutari pro corrumpi, vt intelligas corruptibile in Canone idē esse quod mutabile.

ſentiam. Hanc ſignificationẽ Scaligeri dictum requirit. Notanda hic ẽt eſt ambiguitas vocabuli *eſſentiæ*. Aliqñ.n. latiſſime accipitur, *vt in hoc loco*. Aliqſi ſtrictius qñ ſtrictius accipitur, intelligendum eſt, ait Scal. *lib. de cauſſ. l. l. c. 91.* οὐσίαν ſeu eſſentiam triplicem eſſe: Materiam, Formã, & Compoſitum. Forma igitur dicitur eſſentia, quia dat eſſentiã: Materia, quia dantem gerit: ſed proprie οὐσία eſt totum ipſum, a qua quod ſubſtantiuũ vocabant, nominauimus eſſentiale

CANONES.

I.

Eſſentia cuiuſq; rei eſt indiuiſibilis. *Scal. ex. 106. ſ. 2*

I. Quia vna ἁπλῶς γάρ δὲ ἀδιαίρετον *Ariſt. 10. Met. c. 1. & 2* II. Quia perfecta eſt: eſſentia n. ſola perfectio eſt. *Scal. ex. 106. ſ. 2.* III. Quia nihil eſt aliena eſſentia, propriamq; habet eſſentiam, quidquid vſpiam rerum eſt. *Tau. de rer. ater. p. 63. Scal. ex. 307. ſ. 14.* IV. Quia eſſentiæ nihil addi, nihil ẽt detrahi põt propter ſimplicitatẽ. *Schegk. com. in to. p. 4. 99.*

II.

Eſſentiam non mutat gradus. *Scal. ex 12. ſ. 4.*

Sed plus & minus non incõmodat eſſentiæ. *Scal. lib. 1. de plantis. p 127.* Canonem hunc vulgo ſic efferunt Magis & minus non variant ſpeciem. *Ariſt. 1. pol. Context. 146.* Sic quia homo præſtantius animal eſt quam beſtia, ideo animal prorſus non eſt.

III.

Vniuſcuiuſque rei vna eſt eſſentia.

ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἕν ἐστι τί εἶναι ὅπερ ἐστὶν *Ariſt 6 Top. c. 3* Canonẽ hunc ſimpler. docet *q. 4. c 3 lib* 1. *Met.* non eſſe ſimpliciter verum. Sed ſecundũ quid, quia vni, eidẽq; enti poſſunt accidere multæ relationes, & per conſequens multæ eſſentiæ reſpectiuæ Reſp. 1. Ex eo, quod accidit, vnitas tolli neqt. Quare quia multæ relationes concurrunt in vno ente, illæ omnes ſunt vnum ratione entis vnius, in quo ſunt 2. Vnum, ſi dicitur habere plures eſſentias, quia habet plures relationes, nihil eſt quod Ariſtot. reprehendatur vel aliquo mũ, cũ τὸ ὂν conſideret in ſe, non ratione relationũ. 3. Canonis ſenſententia hæc eſt vnius rei, qua vna, vnam eſſe eſſentiam.

IV. Nul-

IV.

Nullum ens potest saluum exsistere, destructa essentia.

Ideo quia est entis forma (quæ dat esse cuique rei. *Tau. contra Cæsalp. p. 216. & 218. per lib. 2. c. 5.*) ac proinde omne ens est ens per essentiam propriam: *Tau de rerum æternitate, p. 590 & Scal. ex. 307. s. 14.*

V.

Quidquid ab alio suam habet essentiam, ab alio suam habet perfectionem (& vice versa) *Tau. lib. de rerum æternitate p. 41.* Sic a Deo, quia mundus est, a Deo etiam perficitur & ornatur.

VI.

Quidditas *a* entis non pōt habere rationē partis.

a Entis scilicet vniuersalissime sumti. Quia quidditas absolute abstrahit ab infinitate & finitate. *Schola Paris. Com. in lib. 1. Phys. fol. 22.*

CAPVT III.

De πάθεσι, seu affectionibus in genere.

I. πάθη seu affectiones entis sunt, quæ enti generalissime considerato attribuuntur, vt modi, ita tamen, vt entium ordinem non egrediantur.

Cum perfecta scientia, *vt docet Scal. lib. de C. l. l. c. 3.* nō ex sola habeatur definitione, sed omnes quoq; rei affectus cognoscere oporteat, accedimus, definitione entis explicata ad entis πάθη, eaq; expositurі monemus, quod cū duo sint genera, affectionū quarū aliquæ cū ente siue disiunctione cōuertūtur, aliquæ vero cū disiunctione, difficulter aliqua definitio generalis dari possit. Tentauimus tñ aliquid, vt non definitionem, descriptionem, saltem exhiberemus. Retineo vocabulū, πάθη, q; significat *passiones* interprete Fonseca & aliis, affectus interprete Scaligero non, vt quispiam inferat, Deum pati, & proinde esse mutabilem: Scio enim certissime, πάθος per se nihil imperfectionis & mutabilitatis Deo afferre, cum πάθη, quæ Deo tribuuntur, indicēt potius summam perfectionem: Termini enim Philo-

A 4

orum non constituuntur passiones (b) iferiorum. *Fons. lib. 4. Met. cap. 2. qu. 4.*

(a) Id est vniuersaliorum. (b) id est, specialiorum. Sensus ergo Canonis hic est. *Ex passionib. generis, quatenus sunt eius propria πάθη, non possunt passiones propriæ constitui.*

IV.

Πάθος per se nullam enti infert compositionem & corruptibilitatem.

Id est: non ideo ens est compositum & corruptibile, quia affectus habet: alias Deum compositum & corruptibilem dicere nos oporteret: Quod esset absurdum.

II. Πάθη entis sunt vel Simplicia, vel Coniuncta.

III. Πάθη simplicia, sunt 1. *Exsistentia, Duratio, & Vbietas.* 2. *Vnitas, Veritas, Bonitas*: quæ explicabo ordine.

CAPVT IV.

De Exsistentia.

I. Exsistentia est affectio, qua ens exsistit

D. Thomas Aquinas ita definit. Exsistentia est actualitas impressa rebus a primo agente. Pererius hoc modo *lib. 6. de princip. nat. c. 13.* Exsistentia est modus quidam rei, quo res

dicitur esse extra nihilum & a suis caussis producta, & actu esse in mundo. Quæ definitiones proprie competũt solis creaturis, ac proinde non sine iusta explicatione admitti possunt. Addo hoc, quod Pererii definitio non possit applicari ad spiritus super cœlestes, qui non sunt in mundo & tamen exsistunt.

CANONES

I.

Essentiæ qualiscunq; positione explorata per certos effectus, operationes, certaq; accidentia, Exsistentiam eius habemus exploratam, id est, scimus illud ens, cuius essentia est, exsistere.

II.

Exsistantia propter arctissimum nexum est ab essentia inseparabilis.

Vnde Franciscus Suarez 2. *disp. Met. 31. §. 6.* ait, *Exsistentiam ab essentia creatura æque minus posse auelli, ac albedinem ab ipso albo* & §. 12. *ablato esse exsistentia essentiam nihil esse*: Bene ergo Collegium Conimb. *lib. 1. phys. c. 9. qu. 2. art. 2.* ait, *Sine exsistentia nihil exsistere posse.* Qua de caussa Thomas Aquinas errauit *lib. 2. contra Gent. c. 52.* vbi ait, etsi exsistentia non sit sine essentia, essentiam tamen esse posse sine exsistentia.

CONSECTARIVM.

Itaq; vnius communicata exsistentia, Communicatur & ipsa essentia.

Paſ-

Passiones enim, inquit Fonseca *lib.4. Met. c.2.q.2.f.2.* non communicantur, nisi quibus quidditas, a qua fluunt. Cõmunicatur.

III.

Vnius rei vna est exsistentia.

ἀκύρως loquitur Timplerus *qu. 7. c. 4. lib. 1. Met.* Vnum ens habere plures exsistentias: Inauditum enim hactenus est in philosophia.

IV.

Caussa ipsius esse omnibus est essentia; αἴτιον τοῦ εἶναι πᾶσιν ἡ οὐσία: *Arist.lib.2. de anima c.4.t.36.*

Vnde illud Scholasticorum: omnem exsistentiam esse vltimam actualitatem cuiusq; formæ seu essentię.

V.

Plura requiruntur ad exsistentiã tribuendã, q̃ ad essentiã rei constituendã: *Zab.lib.1. de materia prima.c.3.4. & 5.*

Quia exsistentia est quoddã additũ essentiæ. *Zab. dicti libri c.3. & lib. de constitutione individui c. 5. & 9.* II. quia res quælibet habet essentiam propriã per seipsam: at nõ res quælibet apta est per seipsam exsistere: sed multã sunt: quæ alio egent, per quod exsistant. *Zab. lib.1. de prima rerum materia c.3.* Sic ad hominis essentiã constituendã requiritur animalitas & ratio: sed ad eius exsistẽtiã præterea requirũtur externa subsidia, locus, tempus, &c.

VI.

Nulla forma generica potest dare exsistentiam.

(enti inferiori ſingulari) *Zabar. lib. 1. de pr. rerum materia cap. 2.*

CAPVT V.

De Duratione.

I. Duratio eſt entis in exſiſtendo permanſio.

Scal. ait *ex. 359. ſ. 7.* durationem eſſe eſſendi tractum continuatum.

II. Duratio eſt vel Infinita, vel Finita.

III. Infinitæ durationis (quæ eſt entis increati,) menſura eſt æternitas.

Septem, teſte Pererio *cap. 8. lib. 12. de princip. naturalib.* reperiuntur apud ſcriptores, præſertim ſacros vocis Æternitatis ſignificationes. Primo enim æternum ſignificat id, quod initio & fine durationis caret. Et habet eſſe omnino immutabile, & hæc eſt princeps, propria & germana huius vocabuli acceptio ſoli Deo conueniens. Hæc ſignificatio eſt huius loci. *Secundo* ſignificat idem, quod inſeparabile ab aliqua re, ſiue res ſit æterna, ſiue non. Sic riſibilitas dicitur ineſſe homini æternum. 3. In ſacris literis dicitur æternum, cuius certus finis non conſtituitur. Sic exponit Auguſtinus *lib. quæſt. in Gen. c. 31.* promiſſum Dei datum Abrahæ *Gen. 17.* de terra Chanaan poſſidenda a ſemine & poſteris Abrahæ in æternum. 4. Æternum aliquid dicitur non in ſe, ſed ratione eius rei, quā præſignificat & præfigurat.

figurat. Sic fœdus circumcisionis dicitur in sacris æternum non in se, quippe desiit, sed quatenus significat æternam cordis puritatẽ in altera vita per Christum dandam. 5. Æternum dicitur, quod licet initium habeat, fine tamen durationis caret. Sic *angeli sunt æterni*. 6. Æternum dicitur, quod longe durat, nec eius interitus a nobis notari & percipi potest, & hac ratione circumcisionis fœdus potuit in V.T. æternum appellari. 7. Æternum dicitur aliquid propter singularem, eximiam, & supernaturalem participationem æternitatis Dei, atque hac ratione visio essentiæ diuinæ, quæ vna continet vniuersam gloriam sanctorum & beatitudinem, dicitur vita æterna.

CANONES

I.

Ens infinitum æternum est.

Quicquid finitum est, ab alio determinatum est. Quod ab alio determinatum est, illo ens aliud est prius. Quo autem ens aliud prius est, æternum non est, (in æternitate enim nihil prius, nihil posterius) Ergo finitum æternum non est. Quicquid ergo æternum est, necessario infinitum est.

II.

A nullo alio dependens, æternum est.

Quicquid enim ab alio dependet, esse suũ habet ab alio. Quod ab alio suum esse habet,

Quicquid in æterno fuit, nō habuit caussam efficientē: Quod non habet caussā efficientē, nec habet illud, a quo pendet. Quicquid a nullo pendet, a nullo destrui potest. Quod a nullo destrui potest, in æternum erit.

VII.

Quicquid est alterius gratia, (a) ab æterno non est. *Tau. in philosoph. triūpho.*

(a) ita at eius non sit caussa efficiens.

IV. Duratio finita est entis ab infinito pendentis in exsistendo permansio.

CANONES

I.

Omne ens ab alio est per se corruptibile, etiam si nullam habeat materiam *Scal. ex. 71. s. 5.*

Est enim finitū & cōpositum: q actus purus non est, cōpositū aliquo modo est: Ergo & resolubile. *Scal. ibid.* Breuiter dicitur omne ens ab alio corruptibile, nō quod in se habeat principium corruptibilitatis, Sed quod aliūde corrumpi & destrui possit. Tametsi enim, inquit, Scal. *ex. 307. s. 20.* sunt entia absoluta a subiecto, & a termino: tamē haud sunt absoluta a caussa. Sunt igitur p aliud & ab alio. At ōe depēdens ab eo, a quo depēdet, si est volūtariū principiū mutari potest. Dicit hic Scaliger mutari pro corrumpi, vt intelligas corruptibile in Canone idē esse quod mutabile.

Mutabile autem, *vt docet Dionysius Carthusianus art. 10. qu. 2. lib. 1. Summa orthodoxa fidei* dupliciter dicitur. Primo modo per potentiam extrinsecam: Et sic sicut omnia ex diuina voluntate per creationem esse cœperunt, Sic per eandem, si Deo placet, in nihilum redigi & corrumpi possent. Hæc significatio est huius [illegible] 2. per potentiam intrinsecam; & sic corporalia, quorum materia est in potentia ad aliam formam substantialem, sunt mutabilia & variabilia.

II.

Quod naturaliter est φθαρτὸν id est, corruptibile, per nullius societatem fit ἄφθαρτον, id est, incorruptibile. *Goclen. prod. lex. Phil. Can. 125.*

VI. Duratio finita est vel Constans vel Mutabilis.

VII. Duratio constans est entis finiti in exsistendo perpetua permansio.

CANONES

I.

Ens finitum, quod constanter durat, principium quidem habet, sed durationis finem nullum.

II.

Substãtiæ, quæ propriæ felicitatis causſæ sunt

ſæ ſunt conditæ, magno Dei beneficio manſuræ ſunt in æternum.

Canonem hunc probat Tau. *lib. 1. de rerũ ætern. p. 582.*

VIII. Durationis conſtantis menſura eſt æuum.

Vide Per. *lib. 12. de princ. c. 7. Dionyſi. Carthuſi. lib. 1. ſummæ orthodoxæ fidei art. 11. q. 4.* Æuũ autem & æternitas, quatenus hæc limitate intelligitur, hic æquipollent.

IX. Æuum ergo eſt menſura durationis habentis initium, ſed carentis fine: *per dicti libri cap. 14.*

X. Duratio mutabilis eſt duratio entis tandem intereuntis:

Siue per potentiam extrinſecam, ſiue intrinſecam, *vt loquar cum Dionyſio Carthuſiano.*

CANONES

I.

Quod Deus ſimpliciter vult mutari, tandem mutatur.

Dei enim voluntas immutabilis.

II.

Omnes ſubſtantias perire neceſſe eſt, quæ ſunt alterius (*a*) gratia conditæ. *Tau. lib. 1. de rerum æter. p. 582.*

(*a*) ſcilicet felicitatis & non propriæ.

XI. Durationis mutabilis mensura est tempus.

XII. Tempus ergo est mensura durationis, principium & finem habentis.

Aristoteles dicit tẽpus esse ἀριθμὸν κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, numerũ motus secundum prius & posterius. *lib. 4. phys. c. 11. t. 101.*

CANONES

I.

In tempore sunt obseruandi termini à quo, & ad quem.

Terminus a quo est durationis initiũ: Terminus ad quẽ est durationis finis: Ideo vero isti termini sunt obseruandi; quia tractus seu medium inter istos terminos proprie Tempus dicitur:

Exempli gratia, momentũ illud, quo literas scribere cœpisti, & momentũ illud, quo illas absoluisti, scriptionẽq; mediã cogita, & tẽpus habes: interuallũ enim inter momentum primum scriptionis & vltimum proprie constituit tempus.

II.

Terminũ a quo temporis aliquando denominamus a nostræ vitæ initio: aliquãdo ab insigni aliqua mutatione: itẽ a Christo, vel a creatione mundi, vel aliis rebus insignibus & notabilibus.

Sic dicimus hoc anno salutis nostræ hoc vel illud factum esse.

III. Per

III.

Per motum solarē & lunarē durationes inferiorum, mensurantur melioris cognitionis ergo.

Cœlestis n. motus est primus, constantissimus & perfectissimus in mundo: Omne autē primum & perfectum est mensura eius, quod posterius & minus perfectum est.

IV.

Quæcūq; corruptibilia & generabilia sunt, & omnino, quæ aliquādo quidem sunt, aliquando vero non, necesse est in tempore esse. *Arist. 4. phys. t. 120.*

CONSECTARIVM.

Itaq; quicquid fit in tēpore, ab æterno nō est, nec suæ naturæ beneficio æternum persistere valet: & contra quicquid sempiternum est, non est in tempore, neq; esse eius tempore mensuratur. *Arist. 4. phys. t. 12.*

XIII. Tempus est Absolutum, vel Limitatum.

XIV. Tempus absolutum est mensura durationis, quæ complectitur integrum essendi tractum.

Id est, mensura durationis entis secundum esse. Sic dicimus, hunc vixisse 20. annos & mortuum esse.

XV. Tēpus limitatū est mensura durationis certo aliquo loco, vel certis actionib. determinatæ.

Dicitur *limitatum*, quia vel certis locis vel certis actionibus determinatur. Sic quispiam dicitur *Tot annos vixisse Marpurgi*: Sic quispiam *hoc fecisse tanto temporis spatio dicitur.*

CAPVT VI.

De Vbietate.

I. Vbietas est, qua ens est in suo Vbi.

II. Vbi est id, in quo ens persistit.

Antea vsus fui vocabulo spatii. Verũ admonitus ab experientissimo & Clarissimo viro Dn. Zacharia Brendelio, Medicinæ Doctore & Physicæ Professore in inclyta Salana, amico & fautore meo plurimũ honorando, (cuius honoris ergo mentionẽ facio) terminum illũ muto: præcipue quia video, per terminũ *Vbi* melius exprimi id, quod volo: Deo enim spatium difficulter tribui posse satis est notũ, cũ, cõtra facile, *Vbi*. Τὰ μὲν ὄντα πάντες ὑπολαμβάνουσιν εἶναί που, id est, *quæcunque enim sunt, omnes alicubi esse arbitrantur. Aristot. 4. Phys. 1.* Obiici videtur posse illud Scaligeri *ex. 359. s. 5.* Vbi esse circumstantiam necessariã omnibus entibus præter Deum: confer & ex. *ex. 5. sect. 6.* Resp. Magnifacio Scaligerum, eiusq; auctoritatẽ, sed cum etiam doctissimorũ lingua admittat, Deũ esse alicubi, ita vt simul sit alibi, merito terminum *Vbi* retinemus, præcipue quia quæri quoq; solet, Vbi sit Deus. Vbi deinceps respondetur, eum esse in Ecclesia, in creaturis, ita tamen vt simul sit extra eas.

III. Vbie-

III. Vbietas eſt vel Infinita vel Finita.
IV. Vbietas infinita eſt Dei ſubſtantialis præſentia ad omnes Creaturas.
V. Dicitur alias vbiquitas: qua Deus ita eſt alicubi, vt ſimul ſit alibi ſecundum eſſentiam.

Non eſt audiendus Ioannes Pincier negās, Deum eſſe vbiq; præſentem ſua eſſentia, ſed vi, poteſtate & maieſtate.

VII. Vbietas finita eſt entis finiti ad finitum præſentia.

CAPVT VII.

De Vnitate.

I. Vna parte παθῶν, ſimpliciū explicata, progredimur ad alteram partē, quæ cōplectitur Vnitatē, Veritatē, Bonitatē.
II. Vnitas eſt, qua ens eſt indiuisū in ſe.

Quare ait Scal. *ex 65. ſ. 2.* vnius quidditatē eſſe eſſendi indiuiſibilitatem, fortaſſis eo reſpiciens, q̄ Ariſtotēles dicit lib. 5. Met. ca. 6. vniuerſe ea, qua diuiſionē non habent, ea ratione, qua nō habent, vnū dici, & *lib. 10. Met. c. 1.* vnum prout vnum indiuiſibile eſſe, poſtea, enim ait Scal. *pect. 5.* indiuiſibilitatem eſſe affectum conſequentem, non eſſentiam, quæ vnitatem conſtituat.

III. Vnde ens dicitur vnum.

Notandum eſt, vnum quatenus hic conſideratur, non habere cui opponatur: vnum

n. in se spectatur, qua vnũ, & est idem cũ ente: postea vero quãdo cõsideratur, cũ disiũctiõne attributionis, quæriturq; nũ hoc ens (*vt angelus*) sit vnũ (id est *idẽ*) an vero diuersum, tũ vere ei aliq d opponitur, nẽpe diuersum, ac pinde alio in loco explicatur. 2. Vnũ nõ penitus significat idem, q̃ idẽ: vnũ enim omnem excludit multitudinem, hoc est, sine relatione ad multitudinem consideratur: idem vero cũ respectu plurium.

CANONES

I.

Omne continuum vnum.

Continuitas enim, *inquit Scal. ex. 65. s. 5.* est affectus consequens vnitatem.

CONSECTARIVM.

Quæ itaq; distincta & discreta sunt, non sunt vnum, quatenus discreta.

II.

In quibuscunq; est aliud, atq; aliud, ea non sunt eatenus vnum.

III.

Vnum ita est entis proprium, vt cum eo sit res eadem, non differens nisi modo. *Scal. ex. 307. s. 27.*

Vnũ enim, Verũ, Bonũ sunt affectus ipsius entis: Vna sane res, atq; eadẽ cũ ipso ente. *Scal. ex. 307. s. 15.* Quare recte dicitur vnũ est ens, & ens est vnũ, itẽ quæcũq; sunt, vnũ sunt. *Scal. ex. 105. s. 2.* Et est duntaxat vnũ, q̃ seipso est: nihil enim

enim a ſeipſo diuerſum eſt, *Schegk.in loc.65. li. 4.Top.*& q̄ nō eſt vnū;ne eſt quidem.*Scal.ex. 310.ſ.2.*Modus,quo differūt ens &vnū intrinſecus rei aduenit & definitur in Schegkio citato loco, modus,qui additus alteri nō variat rationem formalē conſtituti per ipſum.

IV.

Quæ duo ſunt,atq; vnū eſſe queunt, appetunt eſſe vnum. *Scal.ex.310.ſ 2.*

Hoc n. eorū eſt eſſe verū. *Scal.ibid.*Aureus ſane Canon,q verae philoſophiæ ſectatorē ad intima & abſcōdita naturæ myſteria deducit. Siquidē exinde abūde percipis, qua ex materia arcanū,in quo Hermetici triūphant, vere cōfici poſſit.Ex omnib.naturis facilime elicitur: Oēs n. illę naturæ,ſi amoueris corporeitates illarū, facile cōſpirant ad cōſtituendū Vnū:In natura quinta cōueniūt omnia,quęcunq; ſunt in mundo.Plura iam nō dico. Sapienti ſat dictum.

IV. Vnū eſt vel Per Se, vel p.Accidens.

V. Vnum per ſe eſt vel Summe vnum, vel vnum Dependens.

VI. Summe vnū eſt ſimpliciter vnum, q, ita eſt indiuiſum, vt nihil intrinſecus ſit in ipſo,quod non ſit ipſum. *Fonſ. lib. 4.Met.c.2.q.2.ſ.7.*

Tale ſimpliciter vnum eſt ſolus Deus,vnde Scal.*ex.365.ſ.8.*omnino,ait,quicquam in Deo ponere,quod nō ſit ipſe Deus, impium eſt, &

Tau.lib.1.de mundo.p.164. dicamus Deum ita esse vnum, vt non sit ex pluribus naturæ diuersis partibus constitutum quippiã. Et Dionysius Carthus. *lib.1.art.12.ſ.4. De summa fidei orthodoxa*, duo, inquit, exiguntur, vt aliquid sit maxime vnum: primo vt sit maxime ens. 2. vt sit maxime indiuisum. Cum ergo Deus sit ens omnem perfectionem cõplectens, & nec actu, neq; potentia diuisibile, sed penitus simplex: sequitur Deum esse maxime vnũ, propter quod dicit Bernhard: *inter omnia, quæ dicunt vnum, arcem tenet vnitas trinitatis.*

VII. Dependens vnũ per se est ens essentialiter continuũ, id est, cuius continuitas est essentialis ipsi vni, non ex aliquo externo, sed interno principio.

Ad hanc definitionem dedit mihi occasionem Scal. *ex.307.ſ.27.* vbi ait: *Igitur ex materia & forma vnum fit propterea, quod sunt caussæ internæ mutua coordinatione inter se vltro citroque dantes, atque accipientes, suo vtraq; modo aliquã perfectionem.*

CANONES

I.

Quod est statim id, quod est, est per se vnum, *Scal.ex.307.ſ.27.*

II.

Quod est per se vnum, per se nõ potest esse multa. *Tau.Cæsalp.lib.3 q.1.ſ.6.*

III. Cu-

Cuius essentia omnino vna est, non diuersa, illud est per se vnum.

Hūc Canonem colligo ex his verbis Taurelli, quæ habet citato loco. *Materiam & formam (quæ duæ essentiæ sunt omnino diuersæ) per se vnum esse, nescio quid magis dici posset, a ratione alienum? an putas idem esse, siue materiam, siue formam dicas?*

Ex actu & potestate, perficiente & perfectibili fit vnum per se. *Aristot. 8. Met. 6. Per. 6. Phys. c. 6.*

Itaque duæ naturæ in Christo vnum per accidens constituere nequeunt: humana enim natura a diuina perficitur.

VIII. Vnum per accidens est, cuius continuitas siue coniunctio pendet tātum ex externo aliquo principio. Tale vnum est, *fasciculus ligni, merges, ferrum ignitum.*

CANONES.

Reipsa separatis, propriumque actum habentibus nihil per se vnum potest cōstitui. *Schegk. comm. in 13. to. lib. 6. Top. p. 831. Per. lib. 6. cap. 15.* sed vnum per accidens. *Tau. lib. 4. qu. 6. f. 7. contra Cæsalp.* quandoquidem fieri non potest, vt ex

duobus actionibus fiat vnum actu. *Scalig. ex. 101. f. 1. & 268. Fonf. 5. Meta. c. 8. q. 7. f. 5. Zab. lib. 2. de mat. c. 5.*

CAPVT IIX.

De Veritate.

I. Veritas est essentiæ in ente talis positio, quale ipsum ens est.

Veritas est proprietas, quæ comitatur esse. *Dn. Phil. lib. 1. Phys. p. 66.* Veritatis vocabulum est ambiguum. I. significat entis proprietatẽ sine consideratione intellectus, *vt* hoc loco. II. Ad æquationem rei ad intellectum, *Arist. 2. Metaph. Scal. ex. 2.* III. Virtutem, qua propensi efficimur ad audienda vel dicenda ea, quæ vera sunt, ita vt neque plura, neque pauciora vel de nobis, vel de aliis dicamus quam quæ nouimus, & est μεταξὺ τῆς εἰρωνείας (est media inter dissimulationem, quæ pauciora & minora sua esse simulans, quæ nouitd, infitetur, & occultat, quę cognoscit) καὶ ἀλαζονείας (& inter arrogantiam, qua quis plura q̃ sibi adsint, arrogit, aut scire se fingit, quæ non nouit) De hac veritate scribit Arist. *in Ethicis ad Nicõ. lib. 4. c. 7. itẽ in magnis moralib. li. 1. c. 3.*

Consectarium Theorematis.

Itaque si ens est imaginarium, veritas ipsa erit imaginaria: Si est reale, veritas quoque realis erit.

CANONES

I. Verum & Ens conuertuntur.

Vnde

Vnde Augustin. soliloquiorum. lib. 2. c. 2. *Omne quod est, verum est, & Arist. 2. Met. c. 4. vt vnumquodq; est ens, ita & verum.*

II.

Verissimum est id, quod posterioribus vt vera sint, caussa est. *Arist. 2. Met. c. 1.*

III.

Verum vero consonat.

Itaque contraria inter se sentiunt, qui falsum, & ii q verũ pronũtiant. *Arist. 3. Met. c. 5.*

II. Veritatis sunt certi gradus.

III. Veritas est rei, quæ est extra mentẽ.

Terminum *(extra mentem)* late accipio, vt etiam inde a veritate prima excludam veritatem sermonis & scripti.

IV. 2. Veritas conceptus est, qua rem sub ea specie, quam habet, apprehendimus, ac proinde maxime conuenit menti, *Lud. Viues de contempl. lib. 2.*

V. 3. Veritas sermonis est, qua pronũciamus ens, vt est, estq; ergo orationis adæquatio cum ipsis speciebus. *Scal. ex. 2.* & cum re. *Scal. lib. 1. Poet. c. 1.* ac proinde affectus orationis conueniens mẽti, & affectus mẽtis cõueniẽs rei. *Scal. ex. 2.*

CANON.

Verũ exsistit cõpositione. *Arist. li. 1. de int. c. 1.*

VI. Veritas scripti est, qua scribimus aliquid vt reuera est.

CAP. IX.

De Bonitate.

I. Bonitas eſt entis, qua ens eſt, perfectio.

Hæcque eſt proprie tranſcendentalis & dicitur abſoluta a Scal. *ex.307. 27.* atque proprie ab ente, cui ineſt, non appetitur, quia eſt præſens: Hoc enim haud poteſt· quippe appetitio eſt a priuatione. Scalig. ibidem, & nihil appetit id, quod habet. *Scal. ex.17. & 41.*

CANON.

Bonitas non habet contrarium. *Scal. ex.307. ſ.27.*

Eſt enim eadem reipſa cum entitate differens ab ea per definitionem. *Scalig. ibidem, & Sect. 15. einſdem exerc.*

II. Vnde ens dicitur bonum.

Bonum, auctore Platone in Philœbo, eſt id, quod perfecte continet, quidquid perfectionis natura ſua requirit:

CANON.

Omne quod eſt, in quantum eſt, bonum eſt. *Aug.*

III. Bonitate hac ens ſibi bonum eſt, ita

quidem, vt quoq; alteri bonum esse
..at.

. Itaque bene distinguendum est in-
bonum sibi & alteri.

Bonum alteri est, quod perfectio-
m quandam alteri communicat.

CANONES.

I.

Bonum est, quod omnia appetunt, *Aristotel.* 1. *Ethicor. cap. 1. ad Nicoach.*

.I.

Omne bonũ est communicatiuũ sui.

.I. Porro quia ens bonum est, perfe-
.tum est.

.II. Perfectum est id, cui nihil addi
.otest. *Scal. ex. 246. s. 1.*

Perfecti Vocabulum est ambiguũ. Sumi-
ur enim Proprie vel Improprie. Proprie ac-
ipitur iterum dupliciter, vno modo Simpli-
.ter & extra genus, & sic definitum est. Altero
nodo secundum quid seu in genere, vt Scho-
astici loquuntur. Et hoc duplex est: nam vno
modo dicitur aliquid perfectũ essentiali per-
fectione. Sic Socrat. dicitur perfectus homo.
Alio modo perfectione accidentali, vt si ipse

ipſe dicatur *perfectus logicus*, *Schol. Par. com. in lib. 1. de cœlo & mundo, fol. 107. fac. b.* Impropriè pro eo, quod in malis excellit: ſic dicitur *perfectus fur, &c.*

(CANON.)

Perfectius eſt id, quod plus agit & minus quieſcit. *Tau. lib. 2. q. 5. ſ. 11. contra Cæſalp. Aſtra ergo* perfectiora ſunt inferioribus.

VIII. Bonitas eſt, vel Sum̃a vel Depẽdẽs.

IX. Sum̃a bonitas eſt tantũ in Deo. Hic Deus dicitur ſum̃e bonus, imo ita bonus vt ẽtia creat, ratione eius bonitatis poſſint dici non bona. Vnde Chriſtus: *Nemo bonus niſi ſolus Deus, Marc. 10. & 18.*

X. Dependens bonitas eſt, qua Dei creaturæ ſunt bonæ.

XI. Bonitas tranſcẽdẽtalis eſt fundamẽtum bonitatis, quam vocat Scalig. relatiuam, & eius quam appellat moralem.

XII. Relatiua bonitas eſt perfectio cuiuſq; entis qua tale eſt, producta ex iis, quæ requiruntur ad finem illius: itaque eſt naturæ congruentia.

CANON.

Nullum bonum ſibi ipſius cremento eſſentia propria defraudari poteſt. *Scal. ex. 299.*

XIII. Moralis bonitas eſt perfectio actus cum recta ratione. *Scal.* ME-

METAPHYSICAE.

IBER SECVNDVS

De affectionibus coniunctis absolutis.

CAPVT I.

De πάθεσι per se & per accidens.

Simplicia hactenus fuere πάθη: coniuncta sequuntur.

[. Coniuncta πάθη sunt vel Absoluta, el Respectiua. Omne.n.q,est,est aut ɔsolutũ aut relatiuũ. *Scal.1.li.de cauf.l.l.c.93.*

II. Absoluta sunt, 1. per se & per accicens. 2. Potentia & actus. 3 Simplicitas z Compositio, 4. Finitas & Infinitas. 5. Necessitas & contingentia. & 6. Vniiersitas & Singularitas.

.V. Per se est, q, alicui cõpetit ratione nterni alicuius principii: siue hoc principiũ sit ipsa aliqua interna essentia; siue essentiale consequens: Priori modo cõpetit homini visibilitas per se, ratione sc. animæ rationalis: posteriori modo caussa dicitur per se agere, quæ virium suarum adminiculo aliquid actionis ad producendum effectum affert.

Aristoteles ita definit: *Per se dicuntur, quæ suapte natura, ac propter se alteri conueniunt. lib. 1. post. Analyt. c.4.*

CANONES.

I.

Quod per ſe eſt aliquid, per nullum extrinſecum recipit conditionem oppoſitam, ita ſcilicet, vt per ſe ſit non tale.

Sic ignis, quia per ſe eſt calidus, non poteſt per ſe eſſe non calidus, id eſt, frigidus. Sic corpus, quia per ſe finitum eſt, per ſe infinitum eſſe nequit. *Scholaſt.* ita Perer. *libr.3.cap.7.* quod per ſe & naturaliter ineſt, non poteſt mutari in contrarium.

Keckermannus hoc Canone abutens eò vult euincere, Carnem Chriſti non eſſe omnipræſentem: Sed nihil agit: nam vltro concedimus, Chriſti corpus eſſe non omnipręſens p̄ ſe vi canonis quia Deus perſe eſt omnipræſens: Eſſe vero omnipræſens corpus Chriſti propter vnionem hypoſtaticam Canon non negat: id ꝙ vel Philoſophiæ Tyro agnoſcit.

II.

Poteſt alicui aliquid competere per ſe & eſſentialiter, cuius tamen oppoſitum eidem competat, ſed per accidens. *Zab. lib. 1. de qualit. elem. c. 4.*

Idque maxime videtur in rebus cõpoſitis & coniunctis. Sic terra eſt ſicca per ſe, humida vero per accidens, quã-do cum

um aqua mixta eſt.

Ens per ſe prius eſt ſimpliciter, quã s per Accidens. *Ariſtot.2.Phyſ.t.66. er.lib.5.c.20.Goclen.in Prod. Lex. Phi- ph.Can.171.*

Vnde Entia per ſe prius docentur & ex- cantur in artib. & diſciplinis, quam Entia accidens.

IV.

Quæ in nullo ſubiecto ſunt, per ſe nt. *Ariſt.1.poſt.Analyt.c.4.* Illud dici- ur eſſe in ſubiecto. 1. quod non ineſt, vt ars. *Ariſt. Categ.de Subſt.* 2. quod non oteſt ſubſiſtere ſine eo; cui ineſt. 3 q; um eo, cui ineſt, non conſtituit com- oſitum ſubſtantiale. *Titelman.* Sic o- nne accidens dicitur eſſe in ſubiecto, & contra ſubſtantia in nullo: ac proin- de ſubſtantia per ſe eſt.

Quæ ſunt per ſe ſemper eodem modo ſe habent. *Dionyſius Carthuſian. lib. 1. de orth.fide art. 120.f.1.* Sic homo quia eſt per ſe Riſibilis: ſemper eodem modo eandem facultatem ri- dendi obtinet. Similiter quia animalis homo per Se intelligit tantum naturalia: nunquam ſupranaturalia per ſe intelligit, ſed ſemper ſolum naturalia.

v. Per accidens est id, quod competit alicui ratione alicuius externi principii.

CANON.

Nihil est per accidens, quod non reducatur ad id, quod per se est, *Zab. lib. 1. de motu grau c. 6. Schol. Parif. comm. in 1. lib. Physic. fol. 27. fac. b.* Idenim quod per accidens est, necessario præsupponit id, quod per se est. *Zabar. ex Thom. lib. 2. de prima rerum mater. c. 7.*

CAP. II.

De Potentia & Actu.

I. Potentia est aptitudo entis ad aliquid præstandum siue fiat actione, siue passione.

Potentia aliqñ sumitur impropriè, aliqñ proprie. Improprie. 1. quando tribuitur non existenti: vnde dicitur illud, quod nondum est, posse existere: 2. quando materia dicitur potentia: cum tamen potius potentia passiuā materiā insequatur, vt proprium πάθος. Proprie vero, vt in hoc loco, potentiam nomino aptitudinem non ex meo cerebro, sed ex mēte Zabar. qui *lib. 1. de rerum prima mater. c. 8.* ait, potentiam primo notare aptitudinem.

CANONES.

I.

Illud, quod potentiam insequitur absolute necessarium non est.

Ratio: quia potentia aut est summi entis, aut dependentis ab eo Summi entis potentiam insequitur nulla necessitas: quia est summe libera. Nec entis dependentis potentia affert absolutam necessitatem ei, quod eam insequitur: quia ipsum absolute necessarium non est. Bene ergo Taurell. *lib. de rerum aeternit. p. 84.* potentiam, ait, insequitur contingentia, quae aeternorum non est.

II.

Finito infinita potentia non est ex natura sua. *Patricius.*

III.

Non tollitur potentia per obiecti oblationem. *Scal. ex. 325. s. 4.*

Itaque is, cui visibile non adest, non recte dicitur carere videndi facultate.

IV.

Potentia naturalis non potest esse frustra, sed necesse est, vt aliquando in actum ducatur. *Zab. lib. 2. de prima rerum materia. & lib. de motu ignis. c. 7.*

V.

Per potentiam ens dicitur vel Potens, vel Possibile.

VI.

Non est eadem caussa (immediata) potestatis & actus, *Zab. de gener. & corrupt. c. 11.*

Ita non eſt eadem cauſſa, propria τοῦ γελαστικοῦ & riſus: quorum illud eſt δύναμις: hoc ἐνέργεια τοῦ γελαστικοῦ effectrix per emanationem propinqua & immediata eſt hominis forma rationale, riſus vero cauſſæ proximæ ſunt aliæ: vide Scal. *ex.317.ſ6.*

VII.

Vnius rei multæ poſſunt eſſe facultates. *Tau contra Cæſalp.pag.268.* Itaque non ideo, quia plures ſenſus ſunt in homine, in eodem ſunt plures animæ.

II. Potentia prima eſt Actiua vel Paſſiua.

Diuiſio hæc genuina: quippe ad alteram harum reduci omnem potentiam neceſſe eſt: aut enim dicimus agens poſſe agere, aut patiens poſſe pati. *Zabar. lib. 1. de rerum materia c. 9.*

III. Potentia actiua eſt, qua Ens aliquid efficere aptum eſt.

CANONES.

I.

Potentia nulla reſpicit præteritum: vnde factum infectum fieri nequit.

II.

Potentiam actiuam non ſemper ſequitur actus.

Vel ideo, quia agens non vult agere; vel a patiens non est habile & aptum suscipe- ad quod efficiendum potentia destinata , vel quia actus ille reprimitur ab externo quo principio.

CONSECTARIVM.

Itaque potentia rebus inest, tametsi ctus suos non exerceant.

g. Musicus dormiens est etiam Musicus. Vi- e Shegk *in disp. med. q. 62. Lorhard. lib. de demõ. ap. 26.* Sic actus ridendi aboleri potest ab omine. *Scal. ex. 205. f. 2.* manet tamen neces- rio secundum naturam risibilis, *Scotus de v- niuers. q. 33.*

III.

Cuiusque entis potentia a proprio obiecto æstimanda est.

IV.

Quod excellit potentia, fortius & prius est. *Arist. lib. 4. Met. c. 11.*

V.

Agendi potentia non est principium patiendi; *Taur. contra Cæsalp. lib 3. q. 1. f. 16. p. 409.*

VI.

Vnita virtus est dispersa fortior.

Perer. lib.14.c.5.p.760. In maiori corpore maior est virtus.

VII.

Quidquid potest virtus inferior, pōt etiam virtus superior. *Perer. lib.8.c.16.*

IV. Potentia passiua est, qua ens pati aptum est. (CANONES)

I.

Ens in potentia non est pure non ens. *Scal. ex. 75.*

Quod enim potentia est, aliquo modo nō est. *Scal. ex. 23. s.1.* id est, ens in potentia nondum est simpliciter; *Scal. ex. 5. & Tau. contra Casalp. p. 846.*

II.

Quidquid est, actu est, & potestate est nihil. *Tau. cōtra Casal. lib.2.q.1.s.12.p.130.*

Ratione scilicet exsistentiæ, licet sit potestate, quod actu exsistit, ratione vlterioris perfectionis. (III.)

Potentia non est æternorum. *Taur. lib. de rerum æternit. p.84.*

Quippe nihil superius est illo, quod æternum est, vnde possit pati. 2. quia æternum nihil habet imperfectionis.

IV.

Omne finitum pati potest.

V.

Ad esse ens nullam habet potentiam.

po-

Potentia enim semper præsupponit essentiā, cui inest, vnde actus prior est potentia. *Arist. 9. Meta. c. 8.* si actus sumitur pro rei exsistētia. Quærat hic quispiam, *qui ergo fiat, qꝫ dicamus, ens aliquod posse exsistere, cum ad esse ens nullam habeat potentiam.* Resp. Hoc fieri ideo, non qꝫ rei, quæ exsistere debet, sit aliqua potentia (id .n. quod nondum est, nullos potest habere affectus, nulla accidentia) sed quod in agentis potestate sit situm, dare essentiam, & exsistentiā rei, quæ dicitur esse posse. Quare bene ait *Zab. lib. 2. de prima rerum mat. c. 2.* Qñ dicimus mūdum esse in potentia obiectiua, si quid reale significamus, id nō est nisi ipsa potentia actiua Dei, ita vt dicere mundum fuisse tunc in potentia obiectiua, nihil aliud significet, quam Deum habuisse tunc potentiam actiuam creandi mundum.

VI.

Quod fuit in potestate prius, & postea fit in actu, est vnum & idem sibi ipsi vel numero, vel specie, neque essentia mutatum. *Scal. ex. 307. ſ. 3.*

Arist. *8. Metap. c. 6.* ἓν τι ἕκαστον, καὶ τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ ἕν ἐστιν *vnumquidedam vnumquodq;, & quod potentia & quod actu vnum quodammō est*, vnde Scal. *ex. 307. ſ. 16. nullo modo nisi tempore differt actus primus a secundo, atque ita ordinatur, vt actus sit perfectio potentiæ, potentia*

sit

ſit apparatus ipſius actus. Quare ait Pernumia *lib.1.Philoſ. natur.fol.22.* formã præexſiſtentẽ eſſe eiuſdẽ generis ac eſſentiæ cũ perfectiori.

VII.

Omnis potentia eſt ignobilior actu. *Ariſt.9.Met.c.*10.

VIII.

Omnis potentia, accedente actu tollitur aut completur.

Zabarella lib. 1. de prima rerum materia.

Sic ad Semen quando actus acceſſit, id eſt, quando ex eo formata eſt planta aut animal, potentia illa penitus ſublata eſt.

IX.

Id quod eſt potentia tale, reducitur ad actum ab eo, quod eſt actu tale, *Pere. lib.15. in ſolut. quinti argumenti Procli.p. 786. Diony. Carthuſianus libr.1. de ſumma orthodoxæ fidei art. 4.*

Pronuntiatum hoc intelligendum eſt de eo, quod eſt in potentia prima. Puer qui poteſt eſſe Grammaticus, euadet Grammaticus actu, eruditus doctuſque ab eo, qui actu tenet Grammaticam. Non eſt autem verum in ſecunda potentia. Is enim qui iam comparauit ſibi habitum Grammatices, ſi qñ nõ operatur, & tũc eſt in potentia, ſed ex tali potentia nõ excitatur, vel traducitur ad actum ab alio, ſed a ſeipſo cum vult: aut ſi fuerit agens naturale,

turale, vt ignis, cum amotum fuerit impedimentũ obstans eius actioni. *Hæc ex. Perer. d. l.*

X.

Quod in potentia est, nõ potest esse actus cuiuspiam. *Scal. ex. 307 .ſ. 7.*

Quia esse in potentia est medium inter esse & non esse. *Scal. ibidem.*

V. Potentia est vel Remota vel Propinqua.

VI. Potentia remota, quam vocant & *primam*, est, quæ multa habet intermedia, quæ prius moueri oportet, antequam actus sequatur.

Sic puer potẽtiam remotam habet ad doctoratum. Quare antequam Doctor euadat, bene instituatur a præceptoribus, obediat, & prius, Deo inuocato, diligentiam magnam adhibeat.

VII. Potentia propinqua est, quæ est in dispositione immediate ad actum, hoc est, vt nõ opus sit quicquam interuenire, quod necesse sit moueri prius, quam actus ille subsequatur.

Sic carbo igni iniectus in proxima potentia est ad excandescendum.

VIII. Tertio potentia alia est Essentialis, alia Accidentalis.

IX. Potentia essentialis est, quæ citra

rei destructionem abesse non potest: sic potentia agendi essentialis est homini.

X. Potentia accidentalis est, quæ sine destructione entis abesse potest: sic potentia bene agendi homini accidit.

XI. Actus est Potentiæ promotio.

Actus dicitur Aristoteli ἐντελέχεια, & ἐνέργεια.

Canones.

I.

Prior actus, est potentia.

Πρότεραί εἰσι τῶν δυνάμεων αἱ ἐνέργειαι καὶ αἱ πράξεις κατὰ τὸν λόγον: Priores potẽtijs sunt actus & operationes secundum rationem, id est secundum cognitionem. *Aristot. 4. c. libr. 2 de anima*, quia scilicet ex iis potentias cognoscimus.

II.

Actu dicitur esse, quod est extra suas caussas, hoc est, quod non habet caussam à qua futurum est. *Sca. ex. 17.*

III.

Tum vnumquodque dicitur, cum actu sit, magis, quam cum potentia. *Arist. 2. phys. t. 12.*

Et 2. de anima cap. 1. τὸ κυρίως, ἐντελέχεια ἐστι.

quod

quod proprie est, actus est. Vnde Taurellus vocat actum *essentiam non exsistentem. lib. 2. q. 7. s. 8.* contra Cæsalp.

IV.

Vnicuiusque actus in eo, quod potentia exsistit, & in propria materia, aptus natus est fieri. *Aristot. lib. 2. de anima. c. 2.*

V.

Actu præsente nihil fit, sed adueniente. *Tau. lib. 2. contra Cæsalp. quæst. 4. sect. 10.*

XII. Actus est vel Primus vel Secundus.

XIII. Primus est, quo ens, quod potestate prius fuit, iam perfectum exsistit.

XIV. Actus secundus est, qui primum insequitur.

CANONES

Aptitudinis actus in quolibet indiuiduo non est necessarius. *Scalig. exer. 250. sect. 3.*

Tametsi enim non exerceetur actus secundus, nõ ppterea actus illius amotione tollitur actus primus: qui est integer, quantus quãtus in essentia fuit. *Scal. lib. 1. de plantis. p. 120.* Actus enim secundi sunt accidentia, quæ impediri possunt. *Schegk. in prædic. fol. 42. Piccol. grad.*

9.c.13. Taurell.lib.2. contra Cæsalp.p.275. Non ergo necessarium est, vt corpus Christi, vbi se futurum promisit, ibi videatur, & palpetur.

XV. Estque vel Actiuus vel Passiuus.

XVI. Actus actiuus est operatio agentis.

Canon.

Actus non est caussa sui obiecti.

Sic dum contemplor corpus naturale, illud non officio.

XVII. Actus Passiuus est Passio, qua ens patitur.

XVIII. Hic actus requirit subiectum idoneum ad suscipiendam agentis operationem.

Hinc Canon: *Receptiuum non recipit per modum imprimentis sed per modum receptiuitatis. Scal.ex.17.* de quo suo in loco.

CAPVT IV.

De Simplicitate & Compositione.

I. Simplicitas est, qua ens ex diuersis non est constitutum.

Vnde ens est Simplex.

Simplex dicitur vel Proprie vel Improprie. Proprie vt in hoc loco. Improprie simplex dici-

dicitur id, quod fatuum, rude & imperitum eſt. Quo ſenſu infantes, homineſque plebeii, & indocti dicuntur *Simplices*. 2. quod ſyncerum eſt, ἀνυπόκειτον καὶ ἄδολον, hoc eſt, expers ſimulationis & doli. Quo ſenſu vir ſyncerus, qui alienus eſt a ſimulatione & dolo, dicitur *ſimplex*. 3. quod humile eſt, expers omnis faſtus & ornatus pompoſi. Quo ſenſu homo dicitur ſimplex, qui non eſt ſuperbus: Oratio ſimplex, quæ expers eſt ornatus pompoſi. Sic quoq ne Apoſtoli fuere ſimplices.

CANONES

I.

Simplex eſt menſura cõpoſiti. *Lorhard. de adept. veri neceſſarii,*

In intio. ſc. Cognoſcendi: Ex ſimplici enim exquiſite cognoſcimus compoſitum.

II.

Simplex natura prius compoſito. *Ariſt. 1. phyſ. c. 1. & 2.*

Vnde in diſciplinis ea, quæ ſimplicia ſunt, præcedunt, compoſita ſequuntur.

III.

Nullum ſimplex reſoluitur in aliqua principia.

Nullis enim componitur principiis. *Scal. ex. 307 ſ. 2* Nihil eſt inquit Schegk. *comm. in 35.*

35. *loc. lib. 6. Top. Arist. p. 880.* quod simplicis οὐσίαν constituat aut componat.

II. Estque vel Summa vel Inferior.

III. Summa simplicitas est, quæ nulli creaturæ, sed soli Deo competit.

Summe simplex est Deus, I. quia nullius indigens est, *Scal. ex. 140. s. 1.* II. quia nihil in eo potentia, sed in actu omnia, imo ipse purus, primus, medius & vltimus actus. *Scal. ex. 6. s. 2.* inde ait idem Scal. *ex. 140.* simplex, simpliciter verum, vnum est, quod est sibi ipsi & principium & finis: is solus αὐταρκής. III. quia in eo nihil prius, nihil posterius. *Scalig. exer. 65. sect. 2. lib. 2. de plantis pag. 294.* IV. quia est caussa absque caussa, & ens absque ente. *Scal. ex. 359. s. 2.*

IV. Simplicitas inferior est finitorum, ex diuersis distinctisque substantiis secundum sensuum iudicium non constantium.

Hæcque competit intelligentiis, cœlo, elementis & accidentibus.

CANON.

Simplices sunt rerum essentiæ vel essentiales formæ, quas nescio an vnquã absque compositione possimus intelligere. *Tau. lib. 2. q. 9. s. 8.*

V. Compositio est entis finiti constitutio ex diuersis.

CA-

CANONES

I.

Omnia quæ sub Deo sunt, composita sunt, *Scal.ex.359.s.12.*

I. quia finita: omne enim finitum habet aliquid quod est in actu, & aliquid, quod est in potentia. *Scal.ex.6.s.2.* II. quia actus puri nō sunt: Quod enim actus purus non est, aliquo modo compositum est. *Scal.ex.6.s.5.*

II.

Nihil componitur e contrario suo. *Scal.ex.65.2.Tau.de rerum ætern.p.308.*

I. quia contraria simul consistere nequeunt. *Tau.cont.Cæsalp.pag.33.* II. quia contrarium nullum cuipiam, illius materia esse potest. *Scal.ex.10.Tau.de rerum ætern.p.308.*

III.

οὐσία non potest constitui ex eo, quod non est οὐσία. *Schegk. comm. in loc.95. lib. 6.Top.*

Nulla ergo substantia est ex priuatione.

IV.

Omne compositum est posterius componente.

Dionys.Carthus.art.4.s.6.lib.1. de summa orthodoxæ fidei.

V.

Vbi essētiæ eiusdē naturæ, eodē gradu subsistētes vniūt, ibi nulla cōpositio est,

Sic aqua non dicitur componi,quando ei alia aqua adiungitur.

VI.

Omnia constituentia vnam ἰδέαν, vnum principale habent, a quo dependent. *Schegk. comm. in loc.30. lib.2.top. p.280.*

VI. Compositio est vel Proprie vel Analogica.

VII. Propria compositio est corporũ ex materia & forma proprie dictis constantium.

Vnde Scal. *ex.17. manifestum est, materiam a forma, & formam a materia accipere, vt ex vtraque fiat hoc aliquid.*

VIII. Compositio hæc est vel Corporum simplicium, vel eorum, quæ sunt Ex eis.

IX. Compositio corporum simpliciũ est cœli & elementorum.

X. Compositio corporum ex simplicibus constantium est eorum, quæ ex elementis conflata sunt: Estq; propria mixtorum.

Hæcque compositio dicitur vera: vera enim est illa compositio, in qua potest fieri resolutio componentium, quæ actualiter exsistant. Recensente Paulo Pernumia *lib 1.*

Philo-

Philosophia naturalis fol. 17. fac. b. Alex. primo phys. 65.

CANONES

I.

Vbi simplex nullum est corpus, ibi nullum compositum est. *Tau. lib. 2. de mundo c. 10. p. 171.*

Quippe compositum a simplici necessario conseruatur.

ANNOTATIO.

Thomas Erastus *lib. de metallis* hunc Canonem affert: Non potest res naturalis composita in illam materiã, ex qua proxime transmutata est, resolui. Sed longe decipitur. Aspiciamus glaciem: hæc certe ex aqua composita est, & tamen calore adueniente in aquã vertitur. Metalla ex argento viuo conflantur, & artificio philosophico in argentum viuum redeunt.

II.

Quod resolui potest in distinctas partes, compositum sit necesse est.

XI. Analogica compositio est entium e materia & forma improprie dictis cõstitutorum.

Et ita i. intelligentiæ compositæ sunt. *Scal. ex. 359. f. 2.* Intelligentia tametsi non est composita ex materia & forma, tamen constat ex aliquo tanquam po tentia & aliquo tanquam

actu. III. Accidentia: quippe habẽt suã essentiã conflatã ex potentia &actu. *Scal.ex.325.s.2.*

CAPVT IV.

De Infinitate & Finitate.

I. Infinitas est entis increati immensitas carens termino.

Vnde Ens dicitur infinitum.

Infinitum vel Proprie dicitur, nominaturque a scholasticis Infinitum extra genus: Vide Schol.Paris. *comm.in 3.phys.fol.52.* vel Improprie. Proprie in hoc loco: Improprie vero dicitur. 1. Illud infinitum, quod transitum nullum admittit, propterea quia non est idoneũ ad diuisionem sustinẽdam, hoc est, quod nec actu nec potentia diuisibile est, veluti est punctum. 2. Quod & transitum & finem habet, sed vix & magna difficultate ad eum finem peruenitur, vt si quis dicat, *infiniti laboris esse Herculis laudes decantare.* 3. Quod ex sua natura quidem terminum habet, sed ad quẽ propter externum obstaculum pertingi nequeat, cuiusmodi est *maris profunditas.* 4. Vocatur infinitum, cui semper fieri potest accessio, quamuis abstractum sit, Cuius generis sunt *linea* & *numerus:* appellatur alias infinitũ successione. vide Arist. *3.phys.t.34.*

CANONES

I.

Infinitum, qua infinitum, augeri nõ potest. *Tau.de rerum ætern.p.72.* vide & Arist. *lib.3.phys.t.67.* Actu

II.

Actu infinitũ nihil est nisi solus Deus.

III.

Finitis infinitatem adscribere manifesta est contradictio. *Tau. lib. 2. de mũdo p. 208.*

Mundus ergo æternus non est: quia æternitas infinita est. Mundus vero finitus.

IV.

Duo infinita esse nequeunt, neq; in natura, neq; extra naturam.

Essent enim duo principia prima. *Scal. ex. 359. f. 3.* Itaq; non datur natura infinita, quæ mali sit principium, & Deo principio boni opponatur.

V.

Nihil infinito æquale esse potest. *Scal. ex. 359. f. 3.*

Æqualitas enim est certa ratio mẽsuræ. *Scal. ibidem.*

VI.

Inter infinitum & finitum nulla est Proportio.

Sic Taurell. contra Cæsalp. *lib. 2. q. 6. sect. 19.* *Nulla est*, inquit, *finiti ad infinitum habitudo*: ratione sc. essentiarũ in se cõsideratarũ. Quatenus vero diuina essentia cõsideratur ratione operationũ ad extra, eatenus proportionẽ inter finitum & infinitum esse posse quis neget? Sic enim in parabolis Christi desumtis à

reus hisce inferioribus missionem filii Dei officium eius ex proportione declarari videmus.

II. Finitas est entis creati terminus.

Terminus est duplex: vel terminus essentiæ, de quo hoc in loco, vel terminus loci: qui ad doctrinam de loco pertinet.

Vnde ens dicitur *finitum*, seu *determinatũ.*

CANONES

I.

Finitum infiniti non est capax. *Tau. lib. de rerum ætern. p. 71. Scal. lib. de caussis l. l. c. 186.*

Scilicet per se & naturaliter. Per accidens vero ratione vnionis hypostaticæ finitũ esse capax infiniti docet nos Sacra Scriptura Io. 1. & alibi. Valeant ergo Caluinicolæ, qui ex dato Canone sinistre intellecto humanæ naturæ in Christo adorationem passiuam, viuificationem actiuam, & plura alia idiomata diuinitatis adimunt.

II.

Omne finitum habet aliquid, quod est in actu, & aliquid quod est in potentia. *Scal. ex. 6. s. 2.*

Ergo & aliquid prius, aliquid posterius. *Scal. ibidem.*

III.

Omne finitum ab alio est & pendet, *Scal. ex. 77. s. 5.*

Finiri

Finiri est aliquid pati. Patiens autem quiddam posterius alio quopiam. Nullum igitur finitum primum. Ergo nullum finitum a se. *Scal.ex.6.f.3.* Ergo omne ab alio est & pendet: Bene ergo Tau. *lib.2.de mundo c.5.* ait, finitum aliquando factum esse.

IV.

Nihil alieno termino terminatur, sed proprio quiduis: *Tau.lib.4.qu.1.f.7. contra Casalpinum.*

Sic Scal. *Omne finitum suis terminis continetur.ex.60.* Quo pertinet illud Scaligeri *ex.359. f.4. omne terminatum aliqua figura terminari.*

CAPVT V.

De Necessitate & Contingentia.

I. Necessitas est affectio, qua ens aliter se habere non potest:

Vnde ens dicitur necessarium, quod est τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἔχειν. *art. Met.4.c.5.*

II. Hæcque est vel Absoluta, vel Limitata.

III. Absoluta necessitas est, qua ens id quod est, prorsus immutabiliter est, & id quod agit prorsus immutabiliter agit.

Hanc necessitatem habet Deus, 1. ratione suæ essentiæ, qua nihil superius, 2. ratione operationum internarum: Si quidem hæ ita ne-

cessariæ sunt in Deitate, vt si non essent, ne Deus esset: Operationes internas voco filii Dei ab æterno generationem, & processionẽ spiritus sancti a patre. Non tamen omne quod agit Deus, necessario agit: Illæ enim operationes, quæ fiunt ad extra, sunt cõtingentes: sequuntur enim potentiam: Itaq; hac ratione necessitatis nomen ipsum exterminant a Deo sapientes, idque optimo consilio: Vnde nescio, qua insania Caluiniani agitentur, quod pertinaciter dicant, *omnia fieri necessario*, vt quoque eo tandem ruant, etiam ipsa peccata necessario esse, & quidem ratione decreti diuini.

CANONES

I.

Id quod necessario est, semper est. *Arist. lib. 2. de gener. t. 68.*

ὑπάρχειν γὰρ τὸ μὲν ἁπλῶς τοῖς ἀϊδίοις: simpliciter enim necessarium est in æternis. *Arist. de part. l. 1. & lib. 6. de morib. c. 3.*

II.

Ab æterno quod fuit, in æternum est necessario. *Tau.*

Quod enim ab æterno est, eo nihil superius. Quo nihil superius est, illud a nullius potentia dependet. Quod a nullius potestate dependet, in æternũ persistit, quippe nihil erit, quo æternitas possit impediri. Ergo quod ab æterno fuit, in æternum est necessario.

III. V-

III.

Vnum & solum necessarium ens est, quod a se est. *Scal. ex. 71. s. 5.*

Itaq; Manichæorũ error hinc taxatur, qui duo entia necessaria, quæ a se sint, finxerunt, *bonum* scilicet & *malum*.

IV.

Simplex necessitas nullam admittit potentiam passiuam. *Tau. in synopsi 5. Met. c. 5.*

V.

Primum & proprie necessarium est, quod simplex est, *Arist. 5. Met. c. 5.*

IV. Limitata necessitas est rerũ creatarum.

Dicitur limitata, quia quãdo consideratur ratione dependẽtiæ creaturarũ a Deo, est ipsa cõtingẽtia: Vbi nota, q̃ explicãte Scal. *ex. 307. s. 25.* hæc necessitas sit duplex: vna q̃ non habet caussam nisi primã caussam, vt *ortus solis*: altera, q̃ pendet ex antecedẽte quocũq; in se immutabiliter: vt *calor ab igni:* Quare acutissime sic definietur: *Connexio immutabilis caussæ & effectus.*

CANON.

Sine quo quicq̃ exsistere nõ potest, id est illi necessarium. *Scal. ex. 250. s. 3.*

V. Illa necessitas habet 3. gradus.

VI. 1. Prima necessitas est, q̃ simpliciter conuenit rei ex natura eius & se-

cundum omnes differentias temporis *Per.lib.9.c.13.*

Hanc neceſſitatem Ariſtoteles poſt.2.11. appellat ἀνάγκην κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὁρμὴν, id eſt, *neceſſitatem ſecundum naturam & appetitũ.*

CANON.

Nihil neceſſarium eſt, quod non etiam ſit eſſentiale. *Tau.lib. de rerũ ætern. p.191.*

Id enim, quod a propria alicuius rei natura emanat, neceſſarium eſt illi rei, neque aliam naturam inſequi poteſt. *Zab.lib.de fac.animæ.c.11.*

VII. 2. Secunda neceſſitas eſt ex hypotheſi, qua aliquid eſt natura ſua contingens, verum reſpectu alterius neceſſarium.

Sic contingens eſt prorogatio humani generis, ſed propter ſpecierum conſeruationem neceſſaria. Duobus verbis nominari poteſt *Contingens neceſſitas: & contingentia neceſſaria.*

CANON.

Omne q͌ eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe.

VIII. 3. Tertia neceſſitas eſt ex coactione, qua quis cogitur ad illud, quod alias non ſuſciperet.

Quo ſignificatu neceſſarium vſurpat Ariſtote-

toteles, cum dicit : πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμα ἀνιαρὸν ἔφυ, & Sophocles ἀλλ' ἡ βία με ταῦτα ἀναγκάζει ποιεῖν.

Vnde Zabar. *lib. 2. de medio demonst. c. 7.* necessitas, ait, est duplex : altera quidem secundum naturam, & cum interna subiecti propensione : altera vero præter naturam & violenta: quo pertinet.

CANON.

Nulla [a] violentia diuturna est. *Scalig. ex. 40.*

Violentum, vt Goclenius *in notis ad c. 11. Phys. Valerii* ex multorum communi opinione ita distinguit, Duplex est: alterum, quod est inimicum & aduersum naturali seu naturæ rei : alterum vero quod neque naturale neque aduersum naturæ est : sed medium inter hæc. Motus ignis & aeris in orbē non est violentus eo violento, quod est contrarium naturali seu naturæ ipsorum: sed eo, quod est medium inter naturale & contrarium naturæ. De priori violento Canon loquitur.

IX. Contingentia est affectio, qua ens se aliter habere potest.

Vnde Ens dicitur *Contingens.*

CANONES.

I.

Contingens eſt, quidquid eſt propter aliud. *Taur. lib. 2. de mundo.*

Itaque homo non peccat neceſſario: quippe peccat propter apparens bonum, quo ipſi videtur peccato vel ineſſe vel ſequi.

II.

Quidquid accidit alteri, contingenter eſt, non neceſſario. *Ariſt. 8. Metaphyſ. cap. 5. t. 36.*

Peccatum ergo contigenter eſt: homini enim accidit.

Vnde Taur. *lib. de rerum æternitate, p. 23.* ait, accidentium nullam eſſe neceſſitatem.

III.

Non idem eſt contingens & voluntarium.

Voluntas enim contingentiam definit, cum certæ ſit rei cuiuſpiam, firmaque ſit, & immobilis: Nempe vbi iam deliberatum & conſtitutum fuerit quippiam. Hic neceſſitas quædam eſt, quæ voluntatem non tollit, ſed confirmat: potentia vero præcedens voluntatem contingentes facit actiones. Quicquid enim agitur volũtarie, poteſt agi, & poteſt ẽt non agi. *Taur. lib. de rer. ætern. p. 284.*

IV.

Potentiam ſequitur contingentia. *Taur. lib. de rer. ætern. p. 84.* Id eſt, ea contin-

genter fiunt, quæ ab alterius potentia fluunt & pendent.

V.

Potentiam ſequitur contingentia. *Taur.lib.1.de mundo.p.66.* Id eſt, illa cum conditione fiunt, quæ remota conditione aliter, ac proinde contingenter fiunt.

VI.

Duarum ſubſtantiarũ & ſpecie differentium & numero ſeparatarum neceſſaria eſt cõiunctio. *Tau.de rer.at.p.37.*

Coniunctionem neceſſariam hic intellige, non q̃ ex hypotheſi, ſed abſolute neceſſaria eſt. Non enim abſolute neceſſaria eſt coniunctio rerum diuerſum exſiſtendi actum habentium.

VII.

Decretum Dei non tollit contingentiam, ſed firmat: Deus enim ab æterno voluit quædam eſſe neceſſario, quædam contingenter.

CAPVT VI.

De vniuerſitate & Singularitate.

1. Vniuerſitas eſt, qua ens aptum eſt eſſe in multis. Vnde ens dicitur *Vniuerſum*, ſeu *Vniuerſale*.

Vniuerſale 1. tripliciter ſumi ſolet: aliud enim dicitur in multis, aliud poſt multa, aliud ante multa. Vniuerſale in multis eſt natura

communis, quæ indiuiduis ineſt ab iis æque participata, vt natura humana ſingulis hominibus inſita: dicitur enim communis, quia omnibus communicata eſt, quo fit, vt vno intereunte ipſa non intereat, ſed eadem in aliis maneat; proinde æterna ſit, quatenus hominis natura, ſed non quatenus huius hominis. De hoc vniuerſali hoc in loco docetur: *Vniuerſale poſt multa* eſt illud, quod ex indiuiduis inanimo colligimus. *Vniuerſale* vero *ante multa*, quod ab Ariſtotele non conceditur, eſt idea Platonis, quia equus idealis ſecundū Platonem æternus eſt, & præceſſit generationem omnium equorum materialium, & eorum omnium cauſſa eſt.

Hæc Zab. ad cont. 64. lib. 1. poſt. analyt. p. 769.

11. Vniuerſale aliud eſt in diſtribuendo, quod facit terminum communem, vt ſunt ſigna: *Omnis, nullus*, &c. Aliud vniuerſale in cognoſcendo, vt intellectus qui cognoſcit omnia. Aliud vniuerſale in cauſſando, quod omnes ſpecies indifferenter producit, vt eſt *cauſſa prima quæ eſt Deus*, item *cauſſæ ſecundæ vniuerſales, vt intelligentiæ ſecundum Peripateticos*, item *Cœlum, Sol, Saturnus, Iupiter, Planetæ reliqui*: Hæ enim cauſſæ non vnam tantum, ſed omnes ſpecies producunt, *teſte Ariſtotele in libro de generatione*. Denique aliud vniuerſale dicitur in prædicando, eſtq; vniuerſale, quatenus illud de alio prędicatur, diciturque alias genus. vide Regiū *prob. 1. de prædic. lib. 1. p. 94.*

Ca-

CANONES.

I.

Vniuersale vnum est in ipsa communitate. *Monl. in tractatu de vniversis.*

II.

Vniuersale per se est. *Aristot. 4. Metaph. c. 9.*

Quia non est in subiecto. *Aristo. Categ. de substantia.*

III.

Non cognosci vniuersale ignoratis omnibus particularibus. *Zabarel. comment. ad cont. 168. lib. 1. post. Analyt.*

Vnde patet necessitas inductionis Logicæ, qua ex particularibus, id est, singularibus multis colligimus vniuersale.

IV.

Vniuersale natura prius & notius est singulari.

Notius est aliquid dupliciter, Natura vel Nobis. Notius nobis est id, quod est notius Nobis tãtum in statu imperfectionis constitutis, & ordinem seruantibus ordini naturæ contrarium. Sic singulare notius est vniuer-

I. Singularitas est, qua ens id, quod sibi tantum est.

Hinc ens dicitur *Singulare* & *induiuum*.

Singulare est duplex: Vnum quod simpliciter est singulare, nempe indiuiduum, quod nullo prædicatur: quod hoc in loco doceus. Alterum, quod per comparationem ntum dicitur singulare, vt species, respectu neris, & quodlibet inferius in categoria, spectu superioris. Vide *Zab.com.ad cont.12.* *13.lib.1.post. Analyt.p.664.*

III. Singulare his tribus conditionius est circumscriptum, esse hoc aliquid, hic, & nunc. *Zab.comm.ad contex.* *62.lib.1.post. Analyt.p.994.*

METAPHYSICAE

LIBER TERTIVS

DE ENTIS CONSENSIONE.

CAPVT I.

SECTIO I.

De genere.

Hucusq; dissertatum est de coniunctis absolutis πάθεσι seu affectionibus; sequuntur respectiua.

II. Respectiua sunt Cõsensio & Dissensio.

&o:Sic dicimus in genere aliquid cogno-
'e,id eſt,confuſe & indiſtincte. v.Pro ſub-
o cuiuſque ſcientiæ, quod crebro dicitur
ſtoteli γένος ὑποκείμενον. *1.poſt.cap.7. & 25.*
Pro materia Phyſica. Et ſic dicitur genus
ſicum.1.de gen.& cor.c.6.1.Metaph c.vlt.3.
Cet. c. 2.& 5. Metaph.c.1. VII. Interdum
omni vniuerſali alteri commuui,atq; ad-
etiam pro ſpecie infima. *2. Met. c. 2. & 4.*
:.Pro vniuerſali relato ad ſpeciem : Et ſic
ius loci hęc ſignificatio eſt propria.Genus
:em & vniuerſale differunt, 1. Quia genus
terminus reſpectiuus : vniuerſale abſolu-
; .2. vniuerſale plus dicit, quam genus:
ippe etiam ſpecies infima eſt res vniuer-
is, nec tamen genus proprie appellari pó
t.

CANONES.

I.

Genus de multis ac ſpecie differen-
bus dicitur, cum quid ſit,quæritur.
hyſ.c.1.

Specie differunt ſecundum Por-
hyrium duæ ſpecies ſub vno gene-
:.

II.

Genus prædicatur de ſpeciebus

συνωνύμως, id eſt vniuoce, nempe in quid, *Schegkius comment. in 2. loc. libr. 4. Topicor.*

Deus enim ipſum primum eſt, quo rei quidditas ſignificatur. *Schegk. com. in 14. lib. 5. top. 687.*

Consectarivm.

Itaque nec cauſſa, neque effectum rei alicuius genus eſſe poteſt.

(Confer. *Scaliger. ex. 318.*) cum non παρωνύμως de ſe inuicem dicantur.

III.

Genus ſingulis ſpeciebus latius eſt.

Quare Ariſt. *4. Top. cap. 1 §. 2.* Vnum genus ait, de ſpeciebus omnibus, quæ ſub ipſo ſunt, prædicatur.

Consectarivm.

Genus ergo & ſpecies æqualia eſſe non poſſunt, ſed omnino neceſſe eſt, vt ſpecies genere ſit quiddam anguſtius. *Schegkius. com. in 9. loc. lib. Top. Ariſt.* Itaque Ens non erit genus vnius, cum vnũ & ens

& ens ſint æqualia: omne ens eſt vnum, & omne vnum eſt ens.

VI.

Genus nunquam extra ſpecies inuenitur. *Zab. lib. 2 de met. h. c. 7.*

Eſt enim de ſpeciei eſſentia. *Reg. probl. de prædicabilibus in ſpecie lib. 1.* hoc eſt, eſt ſpeciei eſſentiale. *Zab. lib. 2 de propr. neceſſ.* Peccati ergo genus non eſt actio, quia quoddam peccatum non eſt actio, vt peccatum originale.

CONSECTARIVM.

Itaque omnibus ſpeciebus ineſt. vnde Philippus Melanchthō *lib. 3. Dialect. definitio.* ait, generis *debet omni ſpeciei competere.*

V.

Omne genus natura prius ſua ſpecie. *Ariſt. lib. 6. met. c. 13.* confer *& 4. lib. Top. c. 1. §. 23.*

VI.

Nihil eſt in genere, quin ſit ſub aliqua ſuarum ſpecierum, *commentator in tract. 5. copulatorum Petri Hiſp. f. 219. fac. a.*

Sic Scal. ex. 178. ſ. 5. *Quod eſt in eſſentia generis, in ſpeciebus vniuerſis eſt.* Excipitur illud, quod eſt in eſsētia generis, qua genus eſt: hoc n. non eſſe in vniuerſis ſpecieb. in propatulo eſt: genus n. qua genus diuiditur in certas ſpecies: ſed ſpecies qua ſpecies in certas ſpecies diuidi non poteſt.

VII.

Genus ſpeciei proximum continet omnes ſuperiores differentias, *Taur. lib. 1. contra Cæſalp. qu. 6. de vltimis differentiis p. 83.*

VIII.

Genus magis vniuerſale eſt, quam differentia. *Taur. lib. de mundo p. 130.* id eſt, *Genus plura ſub ſe comprehendit, quam differentia.*

IX.

Genus & ſpecies eodem continentur prædicamento.

Hoc eſt, ſi ſpecies ſunt ſubſtantiæ, & genus erit ſubſtantia, ſi accidentia: genus quoq; accidens erit, & quale accidens ſpecies eris, tale quoque erit genus.

X.

Omnis generis plures ſunt ſpecies. *Ariſtoteles 4. Topicorum cap. 3. §. 4. & cap. 6. §. 8.*

Vnde *Zab. 1. poſt Analyt. ad cont. 38.* Species, ait, non vna eſt: quia vna ſub genere non datur, ſed plures natura inter ſe differentes: neceſſe enim eſt genus diuidi per oppoſitas diffe-

differentias,& ab his diuersas species constituit.

XI.

Cognito genere non necesse est cognitam esse speciem. *Arist.c.3.lib.6.Top.*

VIII. Genus I. est vel Summum, vel Alternum.

IX. Genus summum est, quod ita est genus, vt non sit species.

Porphyr.*ca.2.*vocat γένος γενικώτατον, *genus generalissimum*,

X. Genus subalternum est, quod est genus inferioris, species superioris.

Obiicis. *Dicere genus subalternum est contradictio in adiecto*: quia genus dicit superioritatem. Respondet Commentator *in 2. tract. copulat. Petri Hispani, f.78.* Subalternum capi dupliciter: Vno modo dici subalternũ quasi sub altero positum: Et sic ibi esse oppositionem in adiecto. Alio modo dici quasi subalternatim positum, hoc est, secundum sub & supra: & sic non esse oppositionem in adiecto, quia ab alio habet, quod est genus; & ab alio quod est subalternum.

IX. Genus est Vniuocum vel Analogum.

XII. Genus vniuocum est, quod æqualiter suis speciebus competit.

Vniuoum, ait Scal. *lib. de caussis. l. I. c. 91.* est. quod idem genus dispertit æque omnibus Aristot. appellat. 4. *Metaph. c. 1.* hoc genus κατὰ μίαν φύσιν, id est, *tale genus, quod unam eandemque naturæ perfectionem suis speciebus æqualiter communicat. Keckerm.*

tit.

XIII. Genus analogum est, quod inæqualiter speciebus suis compe-

Inæqualiter, hoc est vni speciei primario, alteri vero secundario: Scaliger ergo analogum, ait, est, quod non æque idem genus dispertit omnibus, sed ordine quodam. Aristoteles vocat hoc genus πρὸς ἓν ἀφ' ἑνὸς item πρὸς μίαν φύσιν, πρὸς μίαν ἀρχὴν, πρὸς αὐτὸ εἶδος. Vnde Scholastici aiunt, *analogum non significare aliquam naturam diuersam ab analogatis, sed proxime omnia analogata: vnum tamen principaliter, alterum vero, prout pendet ab alio.*

SECTIO II.

De Specie.

I. Species est, quæ cum alia specie participat genere.

Græcis dicitur εἶδος. εἶδος seu species varie vsurpatur: *Primo* enim sumitur pro pulcritudine: vnde res dicitur speciosa seu formosa.

II. Pro

Pro forma interna rei, *ut 2. Physic. c. 2. 1. de* *o. cap. 9. 12. Metaph. cap. 4. & inprimis 2.* *Metaph. cap. 2. & lib. 6. cap. 7.* III. Pro to- essentiato singulari & indiuiduo. *1. post.* *.19.* IV. Pro idea Platonica. *Aristot. 1. post.* *. 19. §. 4. 2. Metaph. cap. 2.* V. Pro ea no- ine, quæ subiacet generi, vt in hoc loco.

CANONES.

I.

De specie prædicatur genus in quid: d species non potest vicissim de gene- : prædicari in quid.

Quia sequeretur idem esse sui ipsius ge- ıs, quod absurdum. *Zabar.*

II.

Species omnes æquipollent gene- i, ratione ambitus & amplitudinis, on tamen æquipollent ratione natu- æ. *Zabarella comm. in lib. 1. post. Analyt.* *d cont. 38.*

III.

Species vna non est de contradi- tinctæ speciei interna ratione.

Vniuoum, ait Scal. *lib. de caussis. l. l.c.91.* est, quod idem genus dispertit æque omnibus Aristot. appellat. 4. *Metaph. c. 1.* hoc genus *κατὰ μίαν φύσιν*, id est, *tale genus, quod vnam eandemque naturæ perfectionem suis speciebus æqualiter communicat. Keckerm.*

tit.

XIII. Genus analogum est, quod inæqualiter speciebus suis compe-

Inæqualiter, hoc est vni speciei primario, alteri vero secundario: Scaliger ergo analogum, ait, est, quod non æque idem genus dispertit omnibus, sed ordine quodam. Aristoteles vocat hoc genus *πρὸς ἓν ἀφ' ἑνὸς* item *πρὸς μίαν φύσιν, πρὸς μίαν ἀρχήν, πρὸς ἀυτὸ εἶδος.* Vnde Scholastici aiunt, *analogum non significare aliquam naturam diuersam ab analogatis, sed proxime omnia analogata: vnum tamen principaliter, alterum vero, prout pendet ab alio.*

SECTIO II.

De Specie.

I. Species est, quæ cum alia specie participat genere.

Græcis dicitur *εἶδος*. *εἶδος* seu species varie vsurpatur: *Primo* enim sumitur pro pulcritudine: vnde res dicitur speciosa seu formosa.

II. Pro

II. Pro forma interna rei, *vt 2. Physic.c.2.1.de cœlo. cap. 9. 12. Metaph. cap.4. & inprimis 2. Metaph. cap. 2. & lib.6.cap.7.* III. Prototo essentiato singulari & indiuiduo. *1. post. cap.19.* IV. Pro idea Platonica. *Aristot.1.post. cap. 19. §. 4. 2. Metaph. cap.2.* V. Pro ea notione, quæ subiacet generi, vt in hoc loco.

CANONES.

I.

De specie prædicatur genus in quid: sed species non potest vicissim de genere prædicari in quid.

Quia sequeretur idem esse sui ipsius genus, quod absurdum. *Zabar.*

II.

Species omnes æquipollent generi, ratione ambitus & amplitudinis, non tamen æquipollent ratione naturæ. *Zabarella comm. in lib.1.post. Analyt. ad cont.38.*

III.

Species vna non est de contradistinctæ speciei interna ratione.

Oppositũ.n.ex opposito quis credatcõſti-tui? Cõtrarium ullum cuipiam illius materia eſſe non poteſt. *Scal.ex.10.* Bene ergo ait Porphyr. *c.6.* & Scaliger *ex. 268.* ſpecies non miſceri.

IV.

Species ſunt æquales in genere, inter ſe autem comparatæ inæquales. *Scalig. de c.l.l.t.91.*

V.

Specierum vna non eſt in alia, nec vna corrupta corrumpitur alia. *Reg. libr. 2. de prædicamentis. prob. 3. pag. 364.*

VI.

Species, quæ habent eſſe reale, & ſunt de perfectione vniuerſi, debent omnes actu exſiſtere. *Per libr.10.c.9.*

VII.

Omnia, quæ ſunt ſub aliquo [a] genere, ſunt eiuſdem naturæ & perfectionis. *Regius libr. 2. de prædicament. prob. 3. p. 371.*

(*a*) vniuoco, non analogo: Analogum e-

nim

nim genus inæqualiter ineſt ſuis ſpeciebus.

VIII.

Species eſt generi accidentalis. *Zab. 2. de prop.*

Genus enim ſine ſpecie eſſe poteſt: ſic poteſt eſſe animal ſine homine in aliis ſpeciebus, etiam deleta tota humana ſpecie; Senſus hic eſt Canonis: non quod genus & ſpecies non ſint eiuſdem naturæ aut in eodem prædicamento, ſed quia genus ſaltem potentia ſingulas ſpecies complectitur, vt: *animal eſſe poteſt homo, leo, aſinus &c.* & hoc illud accidens, & contingẽs Regula de ſingulis ſpeciebus accipienda, non de omnibus. *Zabar. 2. de princip. met. 5.*

II. Species Prima eſt vel Subalterna, vel Infima.

III. Species ſubalterna eſt, quæ ita eſt ſpecies ſuperioris, vt ſimul ſit ſpecies inferioris.

IV. Species infima eſt, infra quam ſpecies nulla eſt, ac proinde adiacet indiuiduo.

V. Secundo ſpecies eſt vel Vniuoca, vel Analoga.

CANONES

Quæ ſub genere continentur vni-

uoco,non ſola,ſed & illa, quæ ad vnam referuntur naturam inæquali iure, hoc eſt, κατ' ἀναλογίαν ſecundum magis aut minus,ſcientiæ ſunt vnius.

Quia aliquo etiam modo vnius ſunt naturæ. *Taurel. contra Cæſalp. lib. 1. quæſt. 4. ſect. 6.*

VI. Vniuoca eſt, quæ genere participat æqualiter.

VII. Analoga eſt,quæ inæqualiter participat.

Inde Tau. contra Cæſalp. p. 31. τὰ πρὸς μίαν φύσιν, quæ ad vnum referuntur, illa ſunt, quæ genus aliquod habent commune : Cuius tamen ratio vni eorum competat potiſſimum, aliis vero non pariter.

VIII. Species conſtituitur ex genere reſtricto & differentia.

IX. Genus reſtrictum eſt, quod ab ipſa differentia eſt determinatum.

Canones.

I.

Genus reſtrictum non eſt latius ſingulis ſpeciebus.

II.

Reſtrictum genus prius eſt ſpecie.

Bene

Bene ergo Nic. Tau. *in Cæsalp. lib. 1. de diff. subst. q. 5. s. 18. Vniuersalia*, ait, *cum totius habent rationem, posteriora sunt, at cum partes sunt, priora sunt speciebus:* Si genus est commune quippiam multis speciebus, posterius est: Sin verò speciei vnius partem alteram designat, prius est: pars enim toto, & quod simplex, composito, est prius.

SECTIO III.

De Differentia & Indiuiduo.

I. Differentia est, quæ genus in specie restringit & determinat.

Differentiæ vox est ambigua. Accipitur enim late vel stricte. Late, pro quouis, quod aliquam rei a re ἑτερότητα seu diuersitatem efficit, quando res dicuntur caussis, effectis, & subiectis, & accidentibus differre. Stricte pro parte speciei, quæ ipsum constituit, & genus diuidit, vt in hoc loco.

CANONES
I.

Differentia diuidit genus & constituit speciem.

Vnde Zabar. *lib. 2. de prima rerum materia cap. 18. Differentia*, ait, *vocatur diuisiua respectu generis considerati, quatenus genus, hoc est*, quatenus vt totum quoddam commune

συνωνύμως, id eſt vniuoce, nempe in quid, *Schegkius comment. in 2. loc. libr. 4. Topicor.*

Deus enim ipſum primum eſt, quo rei quidditas ſignificatur. *Schegk. com. in 14. lib. 5. top. 687.*

CONSECTARIVM.

Itaque nec cauſſa, neque effectum rei alicuius genus eſſe poteſt.

(Confer. *Scaliger. ex. 318.*) cum non *παρωνύμως* de ſe inuicem dicantur.

III.

Genus ſingulis ſpeciebus latius eſt.

Quare Ariſt. *4. Top. cap. 1 §. 2.* Vnum genus ait, de ſpeciebus omnibus, quæ ſub ipſo ſunt, prædicatur.

CONSECTARIVM.

Genus ergo & ſpecies æqualia eſſe non poſſunt, ſed omnino neceſſe eſt, vt ſpecies genere ſit quiddam anguſtius. *Schegkius. com. in 9. loc. lib. Top. Ariſt.* Itaque Ens non erit genus vnius, cum vnũ

& ens

& ens ſint æqualia: omne ens eſt vnum, & omne vnum eſt ens.

VI.

Genus nunquam extra ſpecies inuenitur. *Zab. lib. 2 de met. h. c. 7.*

Eſt enim de ſpeciei eſſentia. *Reg. probl. de prædicabilibus in ſpecie lib. 1.* hoc eſt, eſt ſpeciei eſſentiale, *Zab. lib. 2. de propr. neceſſ.* Peccati ergo genus non eſt actio, quia quoddam peccatum non eſt actio, vt peccatum originale.

CONSECTARIVM.

Itaque omnibus ſpeciebus ineſt. vnde Philippus Melanchthō *lib. 3. Dialect. definitio.* ait, generis *debet omni ſpecies competere.*

V.

Omne genus natura prius ſua ſpecie. *Ariſt. lib. 6. met. c. 13.* confer *& 4. lib. Top. c. 1. §. 23.*

VI.

Nihil eſt in genere, quin ſit ſub aliqua ſuarum ſpecierum, *commentator in tract. 5. copulatorum Petri Hiſp. f. 219. fac. 4.*

Sic Scal. ex. 178. ſ. 5. *Quod eſt in eſſentia generis, in ſpeciebus vniuerſis eſt.* Excipitur illud, quod eſt in eſſētia generis, qua genus eſt: hoc n. non eſſe in vniuerſis ſpecieb. in propatulo eſt: genus n. qua genus diuiditur in certas ſpecies: ſed ſpecies qua ſpecies in certas ſpecies diuidi non poteſt.

VII.

Genus ſpeciei proximum continet omnes ſuperiores differentias, *Taur. lib. 1. contra Cæſalp. qu. 6. de vltimis differentiis. p. 83.*

VIII.

Genus magis vniuerſale eſt, quam differentia. *Taur. lib. de mundo p. 130.* id eſt, *Genus plura ſub ſe comprehendit, quam differentia.*

IX.

Genus & ſpecies eodem continentur prædicamento.

Hoc eſt, ſi ſpecies ſunt ſubſtantiæ, & genus erit ſubſtantia, ſi accidentia: genus quoq; accidens erit, & quale accidens ſpecies eris, tale quoque erit genus.

X.

Omnis generis plures ſunt ſpecies. *Ariſtoteles 4. Topicorum cap.* 3. §. *4. & cap. 6.* §. *8.*

Vnde *Zab. 1. poſt Analyt. ad cont. 38.* Species, ait, non vna eſt: quia vna ſub genere non datur, ſed plures natura inter ſe differentes: neceſſe enim eſt genus diuidi per oppoſitas diffe-

differentias,& ab his diuersas species constituit.

XI.

Cognito genere non necesse est cognitam esse speciem. *Arist.c.3.lib.6.Top.*

VIII. Genus I. est vel Summum, vel Alternum.

IX. Genus summum est, quod ita est genus, vt non sit species.

Porphyr.*ca.2.* vocat γένος γενικώτατον, *genus generalissimum,*

X. Genus subalternum est, quod est genus inferioris, species superioris.

Obiicis. *Dicere genus subalternum est contradictio in adiecto*: quia genus dicit superioritatem. Respondet Commentator *in 2. tract. copulat. Petri Hispani, f.78.* Subalternum capi dupliciter: Vno modo dici subalternũ quasi sub altero positum: Et sic ibi esse oppositioem in adiecto. Alio modo dici quasi subalternatim positum, hoc est, secundum sub & supra: & sic non esse oppositionem in adiecto, quia ab alio habet, quod est genus; & ab alio quod est subalternum.

IX. Genus est Vniuocum vel Analogum.

XII. Genus vniuocum est, quod æqualiter suis speciebus competit.

Vniuoum, ait Scal. *lib. de caussis. l. I. c. 91.* est, quod idem genus dispertit æque omnibus Aristot. appellat. 4. *Metaph. c. 1.* hoc genus κατὰ μίαν φύσιν, id est, *tale genus, quod vnam eandemque naturæ perfectionem suis speciebus æqualiter communicat. Keckerm.*

tit.

XIII. Genus analogum est, quod inæqualiter speciebus suis compe-

Inæqualiter, hoc est vni speciei primario, alteri vero secundario: Scaliger ergo analogum, ait, est, quod non æque idem genus dispertit omnibus, sed ordine quodam. Aristoteles vocat hoc genus πρὸς ἓν ἀφ' ἑνὸς item πρὸς μίαν φύσιν, πρὸς μίαν ἀρχὴν, πρὸς ἀυτὸ εἶδος. Vndé Scholastici aiunt, *analogum non significare aliquam naturam diuersam ab analogatis, sed proxime omnia analogata: vnum tamen principaliter, alterum vero, prout pendet ab alio.*

SECTIO II.

De Specie.

I. Species est, quæ cum alia specie participat genere.

Græcis dicitur εἶδος. εἶδος seu species varie vsurpatur: *Primo* enim sumitur pro pulcritudine: vnde res dicitur speciosa seu formosa.

II. Pro

II. Pro forma interna rei, *vt 2. Physic.c.2.1.de cœlo. cap. 9. 12. Metaph. cap.4. & inprimis 2. Metaph. cap. 2. & lib.6.cap.7.* III. Pro toto essentiato singulari & indiuiduo. *1. post. cap.19.* IV. Pro idea Platonica. *Aristot.1.post. cap. 19. §. 4. 2. Metaph. cap.2.* V. Pro ea notione, quæ subiacet generi, vt in hoc loco.

CANONES.

I.

De specie prædicatur genus in quid: sed species non potestviciſsim de genere prædicari in quid.

Quia sequeretur idem esse sui ipsius genus, quod absurdum. *Zabar.*

II.

Species omnes æquipollent generi, ratione ambitus & amplitudinis, non tamen æquipollent ratione naturæ. *Zabarella comm. in lib.1.post. Analyt. ad cont.38.*

III.

Species vna non est de contradistinctæ speciei interna ratione.

Oppoſitũ.n.ex oppoſito quis credat cõſti-tui? Cõtrarium ullum cuipiam illius materia eſſe non poteſt. *Scal.ex.10.* Bene ergo ait Porphyr. *c.6.* & Scaliger *ex. 268.* ſpecies non miſceri.

IV.

Species ſunt æquales in genere, inter ſe autem comparatæ inæquales. *Scalig.de c.l.l.r.91.*

V.

Specierum vna non eſt in alia, nec vna corrupta corrumpitur alia. *Reg. libr. 2. de prædicamentis. prob. 3. pag. 364.*

VI.

Species, quæ habent eſſe reale, & ſunt de perfectione vniuerſi, debent omnes actu exſiſtere. *Per libr.10.c.9.*

VII.

Omnia, quæ ſunt ſub aliquo [a] genere, ſunt eiuſdem naturæ & perfectionis. *Regius libr. 2. de prædicament. prob. 3. p. 371.*

(*a*) vniuoco, non analogo: Analogum enim

nim genus inæqualiter ineſt ſuis ſpeciebus.

VIII.

Species eſt generi accidentalis. *Zab. 2. de prop.*

Genus enim ſine ſpecie eſſe poteſt: ſic poteſt eſſe animal ſine homine in aliis ſpeciebus, etiam deleta tota humana ſpecie; Senſus hic eſt Canonis: non quod genus & ſpecies non ſint eiuſdem naturæ aut in eodem prædicamento, ſed quia genus ſaltem potentia ſingulas ſpecies complectitur, vt: *animal eſſe poteſt homo, leo, aſinus &c.* & hoc illud accidens, & contingēs Regula de ſingulis ſpeciebus accipienda, non de omnibus. *Zabar. 2. de princip. met. 5.*

II. Species Prima eſt vel Subalterna, vel Infima.

III. Species ſubalterna eſt, quæ ita eſt ſpecies ſuperioris, vt ſimul ſit ſpecies inferioris.

IV. Species infima eſt, infra quam ſpecies nulla eſt, ac proinde adiacet indiuiduo.

V. Secundo ſpecies eſt vel Vniuoca, vel Analoga.

CANONES

Quæ ſub genere continentur vni-

uoco, non sola, sed & illa, quæ ad vnam referuntur naturam inæquali iure, hoc est, κατ' ἀναλογίαν secundum magis aut minus, scientiæ sunt vnius.

Quia aliquo etiam modo vnius sunt naturæ. *Taurel. contra Cæsalp. lib. 1. quæst. 4. sect. 6.*

VI. Vniuoca est, quæ genere participat æqualiter.

VII. Analoga est, quæ inæqualiter participat.

Inde Tau. contra Cæsalp, p. 31. τὰ πρὸς μίαν φύσιν, quæ ad vnum referuntur, illa sunt, quæ genus aliquod habent commune: Cuius tamen ratio vni eorum competat potissimum, aliis vero non pariter.

VIII. Species constituitur ex genere restricto & differentia.

IX. Genus restrictum est, quod ab ipsa differentia est determinatum.

CANONES.

I.

Genus restrictum non est latius singulis speciebus.

II.

Restrictum genus prius est specie.

Bene

Bene ergo Nic. Tau. *in Cæsalp. lib. 1. de diff. subst. q. 5. s. 18. Vniuersalia*, ait, *cum totius habent rationem, posteriora sunt, at cum partes sunt, priora sunt speciebus*: Si genus est commune quippiam multis speciebus, posterius est: Sin verò speciei vnius partem alteram designat, prius est: pars enim toto, & quod simplex, composito, est prius.

SECTIO III.

De Differentia & Indiuiduo.

I. Differentia est, quæ genus in specie restringit & determinat.

Differentiæ vox est ambigua. Accipitur enim late vel stricte. Late, pro quouis, quod aliquam rei a re ἑτερότητα seu diuersitatem efficit, quando res dicuntur caussis, effectis, & subiectis, & accidentibus differre. Stricte pro parte speciei, quæ ipsum constituit, & genus diuidit, vt in hoc loco.

CANONES

I.

Differentia diuidit genus & constituit speciem.

Vnde Zabar. *lib. 2. de prima rerum materia cap. 18. Differentia*, ait, *vocatur diuisiua respectu generis considerati, quatenus genus, hoc est*, quatenus est totum quoddam commune

συνωνύμως,id eſt vniuoce,nempe in quid, *Schegkius comment. in 2. loc. libr. 4. Topicor.*

Deus enim ipſum primum eſt, quo rei quidditas ſignificatur. *Schegk. com. in 14. lib. 5. top. 687.*

CONSECTARIVM.

Itaque nec cauſſa, neque effectum rei alicuius genus eſſe poteſt.

(Confer. *Scaliger. ex. 318.*) cum non παρωνύμως de ſe inuicem dicantur.

III.

Genus ſingulis ſpeciebus latius eſt.

Quare Ariſt. *4. Top. cap. 1 §. 2.* Vnum genus ait, de ſpeciebus omnibus, quæ ſub ipſo ſunt, prædicatur.

CONSECTARIVM.

Genus ergo & ſpecies æqualia eſſe non poſſunt, ſed omnino neceſſe eſt, vt ſpecies genere ſit quiddam anguſtius. *Schegkius com. in 9. loc. lib. Top. Ariſt.* Itaque Ens non erit genus vnius, cum vnũ & ens

& ens ſint æqualia: omne ens eſt vnum, & omne vnum eſt ens.

VI.

Genus nunquam extra ſpecies inuenitur. *Zab. lib. 2 de meth. c. 7.*

Eſt enim de ſpeciei eſſentia. *Reg. probl. de prædicabilibus in ſpecie lib. 1.* hoc eſt, eſt ſpeciei eſſentiale, *Zab. lib. 2. de propr. neceſſ.* Peccati ergo genus non eſt actio, quia quoddam peccatum non eſt actio, vt peccatum originale.

CONSECTARIVM.

Itaque omnibus ſpeciebus ineſt. vnde Philippus Melanchthõ *lib. 3. Dialect. definitio.* ait, generis *debet omni ſpeciei competere.*

V.

Omne genus natura prius ſua ſpecie. *Ariſt. lib. 6. met. c. 13.* confer *& 4. lib. Top. c. 1. §. 23.*

VI.

Nihil eſt in genere, quin ſit ſub aliqua ſuarum ſpecierum, *commentator in tract. 5. copulatorum Petri Hiſp. f. 219. fac. 4.*

Sic Scal. ex. 178. ſ. 5. *Quod eſt in eſſentia generis, in ſpeciebus vniuerſis eſt.* Excipitur illud, quod eſt in eſsẽtia generis, qua genus eſt: hoc n. non eſſe in vniuerſis ſpecieb. in propatulo eſt. genus n. qua genus diuiditur in certas ſpecies: ſed ſpecies qua ſpecies in certas ſpecies diuidi non poteſt.

VII.

Genus ſpeciei proximum continet omnes ſuperiores differentias, *Taur. lib. 1. contra Cæſalp. qu. 6. de vltimis differentiis. p. 83.*

VIII.

Genus magis vniuerſale eſt, quam differentia. *Taur. lib. de mundo. p. 130.* id eſt, *Genus plura ſub ſe comprehendit, quam differentia.*

IX.

Genus & ſpecies eodem continentur prædicamento.

Hoc eſt, ſi ſpecies ſunt ſubſtantiæ, & genus erit ſubſtantia, ſi accidentia: genus quoq; accidens erit, & quale accidens ſpecies eris, tale quoque erit genus.

X.

Omnis generis plures ſunt ſpecies. *Ariſtoteles 4. Topicorum cap. 3. §. 4. & cap. 6. §. 8.*

Vnde *Zab. 1. poſt Analyt. ad cont. 38.* Species, ait, non vna eſt: quia vna ſub genere non datur, ſed plures natura inter ſe differentes: neceſſe enim eſt genus diuidi per oppoſitas diffe-

differentias, & ab his diuersas species constituit.

XI.

Cognito genere non necesse est cognitam esse speciem. *Arist. c. 3. lib. 6. Top.*

VIII. Genus I. est vel Summum, vel Alternum.

IX. Genus summum est, quod ita est genus, vt non sit species.

Porphyr. *ca. 2.* vocat γένος γενικώτατον, *genus generalissimum*,

X. Genus subalternum est, quod est genus inferioris, species superioris.

Obiicis. *Dicere genus subalternum est contradictio in adiecto*: quia genus dicit superioritatem. Respondet Commentator *in 2. tract. copulat. Petri Hispani, f. 78.* Subalternum capi dupliciter: Vno modo dici subalternũ quasi sub altero positum: Et sic ibi esse oppositionem in adiecto. Alio modo dici quasi subalternatim positum, hoc est, secundum sub & supra: & sic non esse oppositionem in adiecto, quia ab alio habet, quod est genus; & ab alio quod est subalternum.

IX. Genus est Vniuocum vel Analogum.

XII. Genus vniuocum est, quod æqualiter suis speciebus competit.

Vniuoum, ait Scal. *lib. de causſis. l. 1. c. 91.* eſt. quod idem genus diſpertit æque omnibus Ariſtot. appellat. 4. *Metaph. c. 1.* hoc genus κατὰ μίαν φύσιν, id eſt, *tale genus, quod vnam eandemque naturæ perfectionem ſuis ſpeciebus æqualiter communicat. Keckerm.*

XIII. Genus analogum eſt, quod inæqualiter ſpeciebus ſuis competit.

Inæqualiter, hoc eſt vni ſpeciei primario, alteri vero ſecundario: Scaliger ergo analogum, ait, eſt, quod non æque idem genus diſpertit omnibus, ſed ordine quodam. Ariſtoteles vocat hoc genus πρὸς ἓν ἀφ᾽ ἑνὸς item πρὸς μίαν φύσιν, πρὸς μίαν ἀρχὴν, πρὸς αὐτὸ εἶδος. Vnde Scholaſtici aiunt, *analogum non ſignificare aliquam naturam diuerſam ab analogatis, ſed proxime omnia analogata: vnum tamen principaliter, alterum vero, prout pendet ab alio.*

SECTIO II.

De Specie.

I. Species eſt, quæ cum alia ſpecie participat genere.

Græcis dicitur εἶδος. εἶδος ſeu ſpecies varie vſurpatur: *Primo* enim ſumitur pro pulcritudine: vnde res dicitur ſpecioſa ſeu formoſa.

II. Pro

II. Pro forma interna rei, *vt 2. Physic. c. 2. 1. de cœlo. cap. 9. 12. Metaph. cap. 4. & inprimis 2. Metaph. cap. 2. & lib. 6. cap. 7.* III. Pro toto essentiato singulari & indiuiduo. *1. post. cap. 19.* IV. Pro idea Platonica. *Aristot. 1. post. cap. 19. §. 4. 2. Metaph. cap. 2.* V. Pro ea notione, quæ subiacet generi, vt in hoc loco.

CANONES.

I.

De specie prædicatur genus in quid: sed species non potest vicissim de genere prædicari in quid.

Quia sequeretur idem esse sui ipsius genus, quod absurdum. *Zabar.*

II.

Species omnes æquipollent generi, ratione ambitus & amplitudinis, non tamen æquipollent ratione naturæ. *Zabarella comm. in lib. 1. post. Analyt. ad cont. 38.*

III.

Species vna non est de contradistinctæ speciei interna ratione.

Oppoſitũ.n.ex oppoſito quis credat cõſti-tui? Cõtrarium ullum cuipiam illius materia eſſe non poteſt. *Scal. ex. 10.* Bene ergo ait Porphyr. *c. 6.* & Scaliger *ex. 268.* ſpecies non miſceri.

IV.

Species ſunt æquales in genere, inter ſe autem comparatæ inæquales. *Scalig. de c. l. l. 1. 91.*

V.

Specierum vna non eſt in alia, nec vna corrupta corrumpitur alia. *Reg. libr. 2. de prædicamentis. prob. 3. pag. 364.*

VI.

Species, quæ habent eſſe reale, & ſunt de perfectione vniuerſi, debent omnes actu exſiſtere. *Per libr. 10. c. 9.*

VII.

Omnia, quæ ſunt ſub aliquo [a] genere, ſunt eiuſdem naturæ & perfectionis. *Regius libr. 2. de prædicament. prob. 3. p. 371.*

(*a*) vniuoco, non analogo: Analogum enim

nim genus inæqualiter ineſt ſuis ſpeciebus.

VIII.

Species eſt generi accidentalis. *Zab. 2. de prop.*

Genus enim ſine ſpecie eſſe poteſt: ſic poteſt eſſe animal ſine homine in aliis ſpeciebus, etiam deleta tota humana ſpecie; Senſus hic eſt Canonis: non quod genus & ſpecies non ſint eiuſdem naturæ aut in eodem prædicamento, ſed quia genus ſaltem potentia ſingulas ſpecies complectitur, vt: *animal eſſe poteſt homo, leo, aſinus &c.* & hoc illud accidens, & contingēs Regula de ſingulis ſpeciebus accipienda, non de omnibus. *Zabar. 2. de princip. met. 5.*

II. Species Prima eſt vel Subalterna, vel Infima.

III. Species ſubalterna eſt, quæ ita eſt ſpecies ſuperioris, vt ſimul ſit ſpecies inferioris.

IV. Species infima eſt, infra quam ſpecies nulla eſt, ac proinde adiacet indiuiduo.

V. Secundo ſpecies eſt vel Vniuoca, vel Analoga.

CANONES

Quæ ſub genere continentur vni-

Bene ergo Nic. Tau. *in Cæsalp. lib. 1. de diff. subst. q. 5. s. 18. Vniuersalia*, ait, *cum totius habent rationem, posteriora sunt, at cum partes sunt, priora sunt speciebus:* Si genus est commune quippiam multis speciebus, posterius est: Sin verò speciei vnius partem alteram designat, prius est: pars enim toto, & quod simplex, composito, est prius.

SECTIO III.

De Differentia & Indiuiduo.

I. Differentia est, quæ genus in specie restringit & determinat.

Differentiæ vox est ambigua. Accipitur enim late vel stricte. Late, pro quouis, quod aliquam rei a re ἑτερότητα seu diuersitatem efficit, quando res dicuntur caussis, effectis, & subiectis, & accidentibus differre. Stricte pro parte speciei, quæ ipsum constituit, & genus diuidit, vt in hoc loco.

CANONES

I.

Differentia diuidit genus & constituit speciem.

Vnde Zabar. *lib. 2. de prima rerum materia cap. 18. Differentia*, ait, *vocatur diuisiua respectu generis considerati, quatenus genus, hoc est*, quatenus ut totum quoddam commune

& vocatur constitutiua, dum idem genus cõsideratur, vt illi substratum tanquam materia, quæ a forma perficitur. Confer Fonsec. *lib.5. Met.c.28.q.18.f.1109.*

II.

Differentia aliena species non constituitur, *Schegk.comm.in 26.loc. li. 5.top. pag.723.*

Sic homo non constituitur brutalitate equi, asini, &c.

III.

Essentiales differentiæ suorum generum qualitates quædam sunt, at non specierum. *Tau.contra Cæsalp.libr. 1.qu. 5.p.4.& Schegk. comm. in 26. locum. libr. 6.top.*

Igitur etiam quid species sint, genera vero qualia sint, ostendunt. *Tau.contra Cæsalp. citato loco.* Vnde ait Porphyrius *c. 4.* differentiam esse, quæ pluribus differentibus specie attribuitur in quæstione *quale quid est*, & Aristot. *4* Top.*c. 2. Nulla*, inquit, *differentia significat quid est, sed quale quid est.*

IV.

Eædem differentiæ non sunt tribuendæ diuersis generibus. *Tau. lib. 1. contra Cæsalp.q.5.s.4.p.55.*

Id est differentiæ de genere in genus transferri non debent *Keck. syst.log.lib.1. cap. 6.* Bene er-

ne ergo ait Taurellus d.l. *Substantia genera a-lis[illegible]is diuidi differentiis absurdissimum esse.*

V.

Nullæ differentiæ proprio genere destituuntur. *Tau. lib. 1. contra Casalp. q. 5. §. 23. p. 69. c.*

Sua enim differentia vnum quodq; genus est diuiduum. *Schegk. comm. in loc. 25. lib. 6. Top.*

Arist. 6. Top. c. 3. §. 22. ἐπιφέρει itaque ἑκάστη τῶν διαφορῶν proprium genus, ac proinde extra suum genus esse non potest. *Schegk. in 14. & 38. locum lib. 6. Top. & in 14. locum lib. 5. Top.*

VI.

Differentia est a specie inseparabilis.

Quippe differentia significatur pertinens quiddam ad οὐσίαν rei. *Schegk. comm. in 36. loc. lib. 6. Top. p. 885.* hoc est, differentia speciem constituit essentialiter, ac proinde non numeratur in iis, quæ ex euentu rei eueniunt, præsertim cum alicui conuenire & non conuenire non possit differentia. *Aristot. 6. Top. cap. 3.*

VII.

Nihil posterius specie pro principali differentia speciei potest vsurpari. *Schegk. comment. in 36. locum libr. 6. Top. pag. 872.*

Τῦ γὰρ εἴδυς πρότερον τὴν διαφορὰν εἶναι: prius enim debet, esse differentia specie. *Aristot.d l.*

VIII.

Omnibus in rebus, in quibus sunt duæ differentiæ vel proprietates, vna generalis, altera specialis, proprietas specialis nobilior est & perfectior generali, vt quæ illam contrahit & determinat ac modificat, id est, nouæ perfectionis gradum & rationem ei adiungit. Coll. Conimb.

II. Indiuiduum est, de quo infima species in quid prædicatur.

Indiuiduum consideratur vel Absolute, & sic opponitur vniuersali: vel Relate, & sic consideratur quatenus relationem habet ad speciem infimã; cuius proxima basis, & fundamentum est. Posteriorem hanc significationem hoc in loco sibi vendicat.

CAPVT II.

De Principio & Principiato.

I. Principium est, vnde aliquid aut est, aut fit, aut cognoscitur, *Aristot. 5. Met. cap. 1.*

Cum

Cum principiorum ratio ad solam pertineat metaphysicam, *Scalig. lib. 1. de c. l. l. cap. 4.* merito exponendum suscipimus hic principium; Et cum simul ad videndam ambiguitatem, res disputationi (& relationi) propositi ex præscripto Aristotelis præcepto *1. Top. c. 13.* prius sit distinguenda, vocem principii distinguere, eiusque varias significationes recensere ordine placet. Sumitur itaque vocabulum principii vel Improprie, vel Proprie. Proprie, quando ei respondet principiatum, (vt in hoc loco) Principiorum enim propria conditio est, vt considerentur cum respectu & relatione ad ea, quæ ex principiis pendent. *Zab. de tribus præcog. c. 4.* Improprie 1. Pro initio vnde aliquid incoatur, atq; ita opponitur fini extremo. 11. Pro eo, quod per accidens aliquid ad effectum confert, & sic privatio solet appellari principium.

CANONES

I.

Principium alterius id dici non potest, quod nihil ei confert, *Taurel. lib. 2. contra Cæsalp. q. 6. s. 5.*

~~Opera ergo bona non sunt principia salutis, quia ad hanc per se nihil faciunt.~~

II.

Principium est simplicius principiato. Scotus q. 20. super vniuersalib. Porphyrii.

P.in-

III.

Principii rationem id habet, quod præſtantius & perfectius eſt: *Tau. lib. de rerum ætern.p.561.*

IV.

Principia non accipiunt ſed dant aliis: *Scal.ex.12.ſ.2.*

V.

Ex principiorum notitia omnis aliorum cognitio pẽdet: *Zab. lib. de ſcient. naturalis conſtitut.c.6.*

II. Principium eſt vel Eſſendi vel Cognoſcendi principium.

Ex hac diuiſione vides candide lector, vocabulum principii latius eſſe vocabulo cauſſæ. Cauſſa n. eſt principiũ eſſendi, non cognoſcendi, quatenus cauſſa ſumitur pro ſe, id eſt, vt cauſſa. Itaq; omnis cauſſa eſt principiũ, ſed nõ omne principium eſt cauſſa. Sic rurſus eſt principiũ, quo cognoſco hominem, ſed tamẽ non eſt ipſius hominis cauſſa. Obiicis. *Principia τῦ εἶναι & γνῶναι eadem ſunt. Zabar. de trib. præcogn.cap.4.* Ergo *inter ſe non ſunt diſtinguenda.* Reſp. 1. Non nego, principia eſſendi eſſe etiam, quando ſcilicet ſunt principatis notiora, id qnod vult Zabarella *dicto loco.* 2. Nego vero ea principia cognoſcendi eſſe principia eſſendi: accidens enim ſæpe me dedu-

deducit in cognitionem subiecti: nec tamen subiecti est principium. 3. Itaque non plane idem est principium essendi & cognoscendi: Vnde datæ distinctionis veritas elucet: Ibi enim principium essendi, vt in se consideratur, opponitur principio cognitionis.

III. Principium essendi est vnde aliquid est, aut fit.

CANONES.

I.

Singularium singularia sunt principia. *Taurel. lib. 2. de mundo cap. 10. pag. 129.*

II.

Principium vnum non est ex altero. *Taurel. contra Cæsalp. lib. 1. quæst. 7. sect. 30.*

Potissimum intelligitur Canon de principiis generalibus, materia scilicet & priuatione: materia enim non est ex priuatione, nec priuatio ex materia.

III.

Nullum principium essendi habet sui principium nisi Deum. *Scal. ex. 307. sect. 20.*

IV.

Principium est, quo per se constituitur aliquid. *Schegk. comm. in loco 8. lib. 2. Top. p. 194.*

V.

Principia ſunt actus eorum, quorum ſunt principia. *Scaliger exercitat. 307. ſect. 20.*

Id eſt, principia perficiunt ea, quorũ ſunt principia.

VI.

Quibus principiis res conſtituitur, illis diſtinguitur. *Fonſec. 5. Metaphyſ. cap. 6. quaſtione 3. ſectione 4. Perer. libro 6. cap. 12.*

VII.

Quorum principiorum actio corporalis eſt, ea ſine corpore ineſſe non poſſunt. *Ariſt. lib. 2. de gen. c. 3.*

SECTIO II.

De Cauſſa in genere.

I. Principium eſſendi dicitur Cauſſa: πάντα γὰρ αἴτια ἀρχαί: id eſt: *omnes cauſſa principia ſunt.*

II. Cauſſa eſt id, ad quod effectus ſequitur.

Cicero ſic definit lib. de fato: *Cauſſa eſt, quæ id efficit, cuius cauſſa eſt:* Vbi efficiendi vocabulo omnes cauſſarum vires complectitur. Cauſſæ vocabulum eſt ambiguum. 1. Enim latiſſime accipitur, ita vt quoque ſignificet princi-

principium per accidens. Sic Arist. 12. *Metaph. cap. 2.* priuationem caussam appellat. 2. Stricte pro sola caussa efficiente: Vnde Plato *in Hippia Maiore* ait: *Efficiens & caussam nihil omnino differre.* Hunc secutus Aug. *lib. 83. quæst. q. 28.* omnem caussam *efficientem* nominat. Quo respexi in prodromo negans materiam & formam esse caussas. 3. Pro eo termino, qui & efficienti & materiæ & formæ & fini vna competat: vt in hoc loco.

Canones

I.

Qualis Caussa, talis effectus.

Id est: *Qualis caussa vniuoca, talis effectus* scilicet in attributis essentialibus tam iis, quæ essentiam constituunt, tam iis, quæ essentiam immediate consequuntur. Ergo *qualis pater, talis filius, Pater homo est & habet animam, & est risibilis.* In attributis accidentalibus fallit: Contingens enim & probabile tantum est, *fortes creari fortibus, & bonos bonis.*

II.

Omnis (*a*) caussa est præstantior effectu. *Coll. Conimb. 2. phys. c. 7. quæst. 5. artic. 1. Schola Paris. comment. in 2. phys. fol. 36.* (*b*)

(*a*) Caussæ vocem accipe complexe, quatenus videlicet notat totum id, vnde effectus

exſiſtit, Alioquin enim ſi cauſſæ diuiſim ſumantur, planum eſt effectum ſæpe nobiliorẽ cauſſa inſtrumentali, materiali, & aliis.

III.

Cauſſæ (*a*) non mutantur effectuum mutatione. *Tau.*

(*a*) Efficientes non neceſſario coniunctæ cum ſuis effectis. *Ita Scal. ex. 249. ſect. 2.* Frequentium effectuum crebritate aut raritate cauſſarum eſſentia non mutatur. Sic etiamſi calceus proteratur & mutetur, tamen ideo ipſum ſutorem inde mutari nunquam obſeruatũ eſt. Auctor libri alicuius haud mutatur, quamuis iſte liber ab alio corrigatur, & a mẽdis repurgetur.

IV.

Cauſſa eſt effectu (*a*) natura, (*b*) cognitione, & (*c*) tempore prior. Sic Ariſtot. *2. poſteriorum analyt. t. 17.* τὸ αἴτιον πρότερον οὗ αἴτιον.

(*a*) Scal. *de c. l. l. c. 134. Zab. lib. 2. de med. demonſt. c. 10.* (*b*) *Zab. lib. 1. de meth. c. 9. & lib. 4. c. 10.* (*c*) *Taurel. de rerum ætern. p. 93.* Subintellige, *aliquando.* Nec tamen prior nec poſterior eſt cauſſa ratione relationis, vnde Ariſtoteles ait *17. c. lib. 2. poſt. analyt.* τὸ αἴτιον ὑπάρχειν, ἅμα καὶ τὸ αἰτιατόν: Cauſſam & effectum ſimul exſiſtere. Rhet. 2. 22. ἅμα τὸ αἴτιον καὶ οὗ αἴτιον. Confer Fonſ. *5. Met. 2. q. 18. ſ. 3. Soncinat. 7. Met. q. 7.*

V. Vnius

V.

Vnius eiuſdemque effectus poſſunt dari plures cauſſæ in vnoquoq; genere cauſſarum.

VI.

Quæ in ſe agunt & patiuntur, *(a)* ea partim ſimilia, *(b)* partim diſſimilia *(c)* eſſe oportet. *Ariſt. 1. de gen. & corrupt. c. 7. vide quoq; Scal. ex. 5. ſ. 1.*

(a) Naturaliter *(b)* ſecundum ſc. eſſentiã *(c)* digeſtione vſus.

Sic ſemen maſculinum partim ſimile, partim diſſimile eſt fœminino ſemini, ſimile natura & eſſentia, diſſimile digeſtione. Maſculinum enim ſemen longe digeſtius fœminino.

VII.

Nihil ſine cauſſa eſt, ἄνευ αἰτίας οὐδὲν ἐστιν. *Ariſt. 2. 22. & Plutarchus de fato*, μηδὲν ἀναιτίως γίνεται: nihil fit vel eſt ſine cauſſa.

III. Cauſſa eſt 1. Efficiens & Materia. 2. Forma & Finis.

Cauſſæ diuerſimode ordinantur, ſecundum ordinem prioris & poſterioris. Vno modo ordinantur ſecundum ordinem cauſſandi: & ſic illa erit prior, cui ratio cauſſandi prius conuenit, quare cauſſa fi-

nalis est prior, quia est primum principium mouens, & tunc sequitur caussa efficiens, deinde materialis & postea formalis. Et sic intelligitur dictum Aristotelis, *finem esse caussam caussarum*, quia mouet efficientem, quæ vlterius disponit materiam, & materiæ dispositæ introducitur forma: *Alio modo* ordinantur secundum quod concurrunt ad compositionem effectus, & illo modo materialis est prior, & tunc formalis, saltem secundum viam generationis, sed secundum viam perfectionis forma est ante materiam: Deinde sequitur efficiens & vltimo finalis: quia caussa materialis & formalis intrinsece concurrunt ad constitutionem effectus: aliæ vero extrinsece. *Tertio* ordinantur, quantum adesse actuale, quod dant effectui: & sic caussa formalis est prior, & tunc efficiens, deinde finalis & vltimo materialis. *Quarto* secundum esse actualis exsistentiæ, quod habent ex parte rei, per quod nobis notificantur, & sunt nobis magis manifestæ. Tunc efficiens est prima, materia secunda, forma tertia, & finis vltima. Sic interpretatus est commentator *in copulat. Tractat. 5. Petri Hispani fol. 209. fac. 6.* confer. & Scholæ Paris. *comment. in 2. lib. phys. Arist. fol. 37.*

SECT.

SECT. II. ARTIC. I.

De Efficiente.

I. Efficiens est, a qua effectus producitur.

Ita Aristot. licet specialius, definit *1. lib. Gener. 2. 14.* ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. *Unde est initium motus.* Plutarch. vocat αἴτιον ἐφ' ὃ *in placitis Philosoph.* Efficientis vox est ambigua. 1. Enim est idem quod Caussa. Sic enim Cicero ait in top. *Primus est locus rerum efficientium, quæ caussæ appellant.* Et de fato: *Caussa est, quæ id efficit, cuius est caussa.* Plato in Philæbo ait τὸ ποιοῦν καὶ τὸ αἴτιον ἕν. Efficiens & caussam esse idem. 2. Accipitur specialius, ac sic excludit materia formam & finem, quas tamen caussas vi generalis prioris significationis in se complectitur. Atque hinc τὸ αἰτιατὸν, quod ab omnibus caussis producitur, dicitur effectum.

Canones.

I.

Vnum idemque eiusdem rei efficiens & *(b)* finis esse nequit. *Tau. lib. 2. de cælo p. 458.*

Quia sic idem antecederet & sequeretur eandem rem: quod absurdum, *(b)* per se & non per accidens.

Sic Deus quidem est efficiens hominis, sed non ipsius hominis finis: id est, homo non

exſtitit propter Deum, tanquam aliquid Deus ab eo habeat. Addo hoc. *Deus non eſt finis hominis per ſe:* alias Deus eſſet poſterior homine; quod abſurdum. Dicitur vero *Deus finis hominis, ſed per accidens, quatenus homini æternam beatitudinem, quæ eſt hominis finis proprius, donat & ſuppeditat.*

II.

Agens non agit niſi in patiente idoneo. *Zabarel. lib. de calore cœleſti. cap. 3.*

Itaque Scal. *Non quodlibet agit in quodlibet, ſed quodlibet in ſuum,* id eſt, ſibi conueniens ac determinatum ſubiectum. confer. Tau. contra Cæſalp. *p. 667.* Aſini ergo & non philoſophi ſunt, qui rebus alienis aurum & argentum in primam materiam deducere conantur. Sic & ſol non liquefacit lutum ſed ceram.

III.

Nullum agens poteſt agere vltra virtutem ſuam, *Per. lib. 8. c. 10. Zab. lib. 2. de qual. Element. c. 8. & c. 5. lib. de regionibus aeris.*

Itaque accidens nõ poteſt producere ſubſtantiam: naturalis ſeu animalis homo non percipit ea, quæ ſunt Dei. Mundus & Diabolus non ſuppeditare queunt & docere veritatem ſalutis. Apage ergo delicias mundi & familiares ſpiritus.

IV. O-

V.

Omnia, quæcunque agunt aliquid, in vi & virtute [b] primi agentis agunt. *Scaliger exercit. 77. ſ. 6.* [a] aliquid bonum & perfectum, [b] Dei ſcilicet. *Vnde Apoſtolus Iacobus 1. cap.* ait, omne bonum & perfectum eſſe a Deo.

V.

Idem & eodem modo ſe ſemper habens idem ſolet facere.

τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἀεὶ τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν *Ariſt. lib. 2. de interitu. c. 10.* Vnde ait, 4. *Metaph. ca. 6.* τὸ αὐτὸ τῷ αὐτῷ οὐκ ἔστιν αἴτιον τῶν ἐναντίων, hoc eſt, *idem eidem ſecundum idem non eſt cauſſa contrarii,* Vnde Dionyſius Carthuſianus *lib. 1. ſummæ orthodoxæ fidei art. 56. ſect. 2. omne,* ait, *agens producit ſimile ſibi*: Idem tamen eſt contrariorum cauſſa, *Ariſtot. lib. 2. Phyſic. c. 3. & lib. 5. met. c. 2.*

1. Vnum ſcilicet effectus per ſe, alterius per accidens. Sic gubernator in naui eſt conſeruationis cauſſa ipſius nauis, ſi adſit per ſe: per accidens vero eſt cauſſa ſubmerſionis, ſi abſit, Sic ſol eſt cauſſa diei per ſe, ſi abſit, eſt cauſſa per accidens noctis. 2. Vna cauſſa eſt contrariorū effectuum, ratione materiæ diuerſæ, illi cauſſæ ſubiacentis. Sic ſol liquefacit & indurat, ſed materiam diuerſam: liquefacit e-

nim ceram, indurat vero lutum. 3. Eadem caussa libera potest producere effectus contrarios (vide *scholam Paris. comm. in 2. phys. quæst.* Num unius causæ plures sint effectus per se) Sic potest homo huic benefacere, illi vero omnem opem denegare: Iudex hunc condemnare, illum vero absoluere.

VI.

Ab efficiente est, quidquid est, *Tau. contra Cæsalp. p. 216.*

Sed subintellige, preter Deum, Quidquid ergo ab alio non est, vel non est omnino, vel est omnino absolutissimum. *Tau. de rerum ætern. pag. 40.* Vel si mauis ita explica. Est, id est, fit vel factum est, quidquid est, id est, quidquid fit, vel factum est, ab efficiente est. Efficiens intellige vel Proprie, vel ἀναλόγως. Dico ἀναλόγως: Malum enim fit a Diabolo & malis hominibus, sed non a caussis proprie efficientibus, sed secundum aliquam saltem imitationem, ac proinde secundum ἀναλογίαν, consistentem, non in rebus: (Boni enim, cum mala nulla proportio) sed in modo agendi. Huc refer, quod Augustinus dixerit, mali non esse caussam efficientem (proprie dictam.)

VII.

Omnis actio fit a valentiore. *Scaliger.*

liger erercitatione 12. sectione 3.

Quodcunque ergo mutat rem aliam, ea necessario erit fortius. Sic argentum viuum non mutabis, nisi habueris eam rem, quæ fortius & valentius in illud possit.

VIII.

Quo perfectius est agens, eo perfectior est actio, Zab. vide Goclen. prod. lex. Phil. Can. 41.

Sic animæ rationalis operationes perfectiores sunt operationibus animarum brutarum: illa enim his perfectior.

IX.

Priuatiuum non potest esse efficiens positiui. Zab.

Intellige per se, per accidens vero potest, quatenus per priuationem formæ, quæ adesse non debet, abest.

X.

Tanto maior vis in agente requiritur, quanto potentia, e qua res educitur, ab actu est remotior. Coll. Conim.

XI.

Quidquid ab alio fit, necesse est ipsum cum eo coniungi. *Taur. de rer. at.*

p. 200. Zabar. lib. 3. de mist. gener. & interit. cap. 4. & lib. 1. de motu leu. & grau. c. 2.

Vnde ait Scaliger *ex. 28. f. 1.* inter motum & motorem nullum intereſſe medium. *& Caſalp.* Omne agens tangere, & non continuum eſſe cum eo, quod patitur.

XII.

Omne[a] agens producit ſimile ſibi, ſecundum id, quod ait Dionyſius Carthuſianus *lib. 1. ſummæ orthodoxæ fidei, artic. 56. ſect. 2.*

(a) Scilicet ſecundum naturæ ordinem præſupponentem ſemen eiuſdem naturæ cũ effecto. Sic homo gignit hominem e ſemine ſuo. Inde agens illud appellatur Philoſophis *Cauſſa Vniuoca.*

XIII.

Omne agens intendit facere aliquod finitum.

Itaque Deus numerum certum determinat eorum, qui ſunt ſaluandi. *Dionyſius Carthuſianus art 33. ſ. 2. lib. 1. de ſumma orthodoxæ fidei.*

Vnde quoque Deus infinitum, aliud a ſe diuerſum creare non poteſt.

ARTICVLVS II.

De materia.

Materia eſt, ex qua effectus eſt.

Ari-

Aristoteles ὕλην, id est, *materiam* definit, αἴτιον ἐξ οὗ γίνεται ἐνυπάρχοντος, id est, *caussam ex qua aliquid fit cui insit*, Physic. 1. 3. Metaph. 4. 2. pol. 1, 5.

Materiæ vox est ambigua: alia enim materia dicitur *circa quam*, alia in qua, & alia ex qua. Materia circa quam est *obiectum*, in quo aliquid est occupatum: Materia *in qua* est *subiectum*, cui accidens inhæret. Materia *ex qua* est caussa, de qua impræsentiarum agimus. Hæcque iterum duobus modis consideratur: Est enim vel entis *Completi* materia, vel *Incōpleti*. Entis Completi materia proprie hic cōsideratur, estq; adeo generalis, vt non solum naturalia corpora habere materiã, inde nobis constet: sed etiam genios supernaturales: Quidquid enim ex actu & potentia constat, materiam habere asserunt Metaphysici. Ad ens incompletum refero partes vniuscuiusque compositi, item accidentia alicuius subiecti. Quæ vel materiam habere iudicantur, ratione compositi, vel quatenus habent aliquid, quod actui, & aliquid quod potentiæ respondet. Hoc tamen notari velim, partibus compositi naturalis, si propter peculiarem suam mixtionem propria forma extra compositum persistere queunt, non esse adscribēdam materiam improprie dictam. Licet enim sint entia completa, tamen quia propriæ suæ formæ vi subsistere extra cōpositum valent, inter completa entia numerandas esse.

Porro materia dicitur a Scaligero *receptiua*, quia materia præexsistit & præparatur ad recipiendum. Forma vero *receptibilis*, quia aduenit in ipsa generatione. Aliter, forma dicitur *perfectiua*, quia perficit & materiam & compositum: *perfectibilis* vero materia, quia à forma perficitur & determinatur ad compositum. Vide Scal. *ex. 307. s. 27.*

Quærat tandem quispiam *quare materia à Philosophis soleat etiam vocari non ens?* Verissime & optime respondet *lib. 1. Philosophiæ nat. fol. 17. fac. b.* Paulus Pernumia, *materiam dici, non quidem ratione sui, quia ipsa est, sed ratione priuationis, quæ formaliter non est.*

CANONES.

I.

Materia non tantum patitur.

Scaliger *lib. 2. de plantis p. 293. inter caussas non esset digna recenseri materia, si pateretur tantum*, & ex. 307. s. 27 *non esset vnum ex principiis: nisi aliquid faceret, nec aliquid officit.* Canon Taurelli lib. de rerum æternitate. p. 638. *Materia non ad agendum, sed patiendum cõparata est, nec hoc Scal. 1. ex. 5. s. 1. materia nullum in se ipsa motus habet actiuum principium: Verum enim hoc est ratione caussæ efficientis à qua patitur, licet agat ratione compositi.*

II. Ma-

II.

Materiæ ipsi est suum τὸ τὶ ἦν εἶναι, quo non est forma. *Scalig. lib. 2. de plantis. p. 292.*

Vnde Taurell. contra Cæsalp. lib. 3. quæst. 1. sect. 14. *Materia, si quicquam est, actu est, non potentia.* & lib. 1. quæst. 7. s. 14. *Forma non dat esse subiecto, (seu materiæ) sed toti substantiæ, quia principium vnum non est ex altero.*

CONSECTARIVM.

Itaque materia actu est in composito. *Scal. ex 5. p. 15.*

Si enim in actu non esset, sed in potentia, non posset moueri, nisi potentia: Motus enim est accidens. At nullum accidens accidit substantiæ, nisi secundum naturam eius. Nullum profecto ens in potentia habet in actu sua accidentia. Nondum enim est simpliciter. Quare, ne illa quidem, accidentia sane sunt substantiis posteriora.

III.

Materia appellari solet potentia.

Quia est in potentia ad omnes formas *Per. libr. 5. cap. 20. contra Taurell. libro. tertio. Cæsalp.*

Cæsalp.q.1.f.14 Materia,inquit,*potentia non est, multo minus potentia:maxime vero, quod nulli insit. Forma ta,licet actu sit,in alio tamen est,& potentia verius dicitur, quam ipsa materia,cum omnis potentia insit.* Vbi nota, quod Taurellus consideret in verbis iam allegatis materiam, vt ens per se est, suamque habet propriam perfectionem,qua id,quod est,sibi est,&non forma:sed ab ea distinguitur,& sic verum est, materiam non recte appellari potentiam. Si vero materia consideretur, vt requirit vlteriorem perfectionem ratione alicuius compositi, tum verum est, materiam posse vocari potentiam, quatenus habet in se aptitudinē recipiendam aliquam formam ; cum qua constituat totum aliquod compositum:tametsi non negem, *Materiam* improprie nuncupari *potentiam*,cum potius dicendum sit,in materia esse potentiam, seu habilitatem recipiendi aliquam perfectionem.

CONSECTARIVM.

Itaque materia appetit esse actu *Zabar.de gen & inter.c.8.*

Id est, desiderat accipere aliam formam, non qua ipsa, prout materia est, perficiatur, sed qua compositum plenariam acquirat perfectionem.

IV.

Nihil cuipiam contrarium,illius potest

telt esse materia, *Scal.ex.10.Taurel. de rerum æternitate.p.308.* vide Goclen.*prod. lex. Phil.p.238.*

Hunc Canonem Pseudochymici bene pensitanto, qui ex rebus argento viuo contrariis, alumine vitriolo, &aliis salibus corrosiuis argentum viuum Philosophorum per varias operationes facere attentant.

V.

Materia non meditatur corruptionem. *Scal.ex.61.f.1.*

Id est, non ideo quid corrumpitur, quia materiatum est, sed vel quia ab alio pendet, vel quia habet alia entia contraria, quorum vi ad corruptionem adigatur. Vnde recte ait Scaliger ex.16. *Data fuit a natura materia primo & per se ad subsistendum forma corporeitatis in substantia, & recipiendum quantitatem ac figuram, propterea quod omne corpus finitum esse, & debuit & decuit.*

VI.

Materia solet nomen suum sumere ab actu, quem recipit, *de gener. & inter. cap.8.*

VII.

Formæ [a] dator, idem materiæ dator est. *Scal.ex.187.*

(a) Subſtantialis: Accidentalem formam quiſpiam dare poteſt, vbi tamen non dat materiam: vt videmus in operibus artificiolis.

VIII.

Materia forma ignobilior.

Scilicet ratione compoſiti: quippe forma maiorem perfectionem confert compoſito, quam materia: intellige tamen formam ſubſtantialem naturæ opera productam in materia. Alias materia poteſt eſſe nobilior forma accidentali. Subſtantia enim, qua ſubſtantia, ſemper accidente nobilior habetur.

IX.

Materia proprie dicta eſt ſubſtantiarum. *Keckerm.*

Accidentia enim ſine materia ſunt.

X.

Quidquid patitur, ratione materiæ patitur, non ratione formæ. *Ioan. Paulus Pernamia lib. 1. de gener. p. 17. fac. a.*

XI.

Materia eſt per ſe finita, etiamſi a nulla forma extrinſecus finiatur.

Etenim per eſſentiam propriam eſt id, quod eſt.

AR-

ARTICVLVS III.

De Forma.

Forma est caussa, quæ intima peruasione materiam perficit, vt cum ea effectum interno modo constituat.

Vnde Aristot. εἶδος δὲ λέγω, τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου, καὶ τὴν πρώτην οὐσίαν, *formam autem appello esse cuiusque, id quod est, & primam essentiam.*

Formæ vox est ambigua: 1. Sumitur pro quidditate & essentia cuiusque rei, siue compositæ siue simplicis. 2. Pro compositi principali parte, vide Zab. *lib. de prima materia. c. 10.* Ita hoc in loco accipitur. 3. Pro qualitate, qua entia sunt extrinsecus conformata per certã delineationem. De hac infra in doctrina qualitatis docebitur. 4. Pro specie intentionali; Sic rerum notiones in animo dicuntur formæ. Formam, Aristot. vocat ἐντελέχειαν. *2. de anima cap. 1.* item λόγον οὐσίας *1. post. 11. 2. Phys. 3. 5. Meta. 2.* item οὐσίαν τοῦ πράγματος. *1. de gen. animalium. c. 1.* item λόγον εἰδικὸν καὶ οὐσιώδη τὸ τί ἦν εἶναι: vt & μορφὴν & εἶδος. Dicitur & actus primus & modus essendi. Vide Keckerm. *cap. 17. de forma lib. 1. syst. log.* Chymici, quod Peripatetici appellant formam, nominant quintam essentiam, *Astrum, Spiritum. &c.*

CANONES

I.

Forma dat [a] eſſe rei. *Per. lib. 2. cap. 5. Taur. contra Caſalp. p. 216. 218. & 363. Zabar. lib. de fac. animæ. c. 8.*

(*a*) Eſſe ſcilicet, principale. Itaque ἡ κατὰ τὴν μορφὴν φύσις κυριωτέρα τῆς ὑλικῆς φύσεως. id eſt. *formalis natura materiali potior eſt Ariſtot. de part. 1.*

II.

Forma facit, vt materia ſit hoc aliquid. *Scal. ex. 307. & ex. 205. ſ. 5.*

Non igitur eſſe eam facit ſimpliciter, ſed vt ſit hoc, aut hoc ſub ſe, id eſt, ſub ipſa forma, quæ illi aduentitia eſt, *Scal. libr. 2. de plantis. pagin. 292.* Id eſt, forma non dat materiæ, vt ſit materia. *Pererius libro quinto, ca. 18.* Eſt enim ens per ſe. *Scaliger dicto loco.* Sed materiam actuat, ſeu facit, vt ſit huius certi compoſiti materia: Et ita dicitur forma informare materiam. *Zab. lib. de natura. cap. 9. & alibi.* Ex quibus etiam facile liquet, quid de Timpleri, negantis forma informari materiam, ſententia ſit iudicandum, cum ſuo more & quidem nouo ſoleat loqui, atque Philoſophorum vnanimem explicationem hoc in loco præterea contemnat, eamque ſubſtituat, quam facilius refutat.

CON.

CONSECTARIUM.

Itaque forma naturam materiæ coarctat,& ad cert .i. speciem contrahit, facit hominem, equum, asinum. *Gocle. in notis.c.11.Phys.Valerii.*

III.

Id quod est actu, forma eius non est, quod est potestate. *Taur.lib.1. de mundo c.10.p.74.*

Ens enim non potest esse forma non entis. Quod est potestate, aliquo modo non est. *Scal.ex.23.s.1.*

IV.

Dans formam, dat etiam ea, quæ formam consequuntur. *Scal.ex.7. Confer & ex. 6.s.2.*

Id est, quæ per eandem actionem reducuntur, qua res generatur, sicut homo & risibilitas.

V.

Forma nõ est extra rem formatam. *Taur. lib.1.de mundo.c.10.p.74.*

VI.

Forma non est [a] quanta *Zab. lib.2.de prima rer.mat.c.8.*

(*a*) Quantitate diuisibili, licet sit quanta quantitate intelligibili. Huc faciunt verba Taurelli *lib. 2. contra Cæsalp. qu. 2. s. 3.* Forma quidquid est, & quanta est, aliunde non habet. Non tamen hic aliquid subsidii Goclenius, meus olim præceptor honorandus, reportare potest, qui ex eo, quod forma sit quanta fortassis inferat, formam quoque esse diuisibilem: Cum materialis & sensibilis quantitas diuisioni sit tantum obnoxia, non vero νοητὴ formarum & intelligentiarum. Metaphysicum age, quicunque hoc legeris, non Physicum solum: res erit plana.

VII.

Forma est ἀμερὴς, ἀδιαίρετος, *indiuisibilis, impartibilis.*

Scaliger *exercit. 80. sect. 3. in primo*, ait, *posteriorum sexto Topicorum septimo Metaphysicorum, secundo de generatione, secundo Physicorum, acceperam*, μορφὴ εἶδος λόγον, ἐντελέχειαν τὶ ἦν εἶναι *vnum esse* οὐ συμπλοκῇ, ἀλλ' οὐσία τῇ μάλιστα ἀδιαιρέτῳ, libr. 1. de plantis. pagin. 93. *Non quodvis patitur, non patiuntur formæ diuisionem*, & exercitat. 299. sect. 2. *Formæ essentia? Et est indiuisibilis.* confer & Per. *lib. 5. cap. 18. Scot. quæst 366.*

pag. 115.

VIII.

VIII.

Forma non omnis (*a*) in potentia materiæ. *Scal. ex. 6.*

(*a*) Illud dicitur esse in potentia materiæ, quod naturæ vi interna ex ea elici & educi potest. Quia ergo naturæ vi e materia subiecta multæ formæ educi nequeunt, sed ad earum eductionem necessario requiritur agentis externa opera, quæ formas illas proliciat, & in luce prostituat eas, formas non in potentia materiæ esse positas dicimus. Sic forma vini, quod ex aqua a Christo in nuptiis Chananæis factum est, non fuit in potentia ipsius aquæ; quippe natura per se nunquam potuisset vinum producere & progignere. Huc referunt quidam animam rationalem: quasi hæc ex potentia seminis non fluat, sed extrinsecus de nouo in creatione hominis crearetur a Deo speciali priuilegio: Verum ij maxime hallucinantur, quia Deus ipse per benedictionem semini nostro hanc potentiam concessit, vt anima rationalis, vna cum corpore ex eo producatur. *Genes. 1. & 2.*

IX.

Forma in se per sensus non incurrit. *Keckerm.*

Quare ait Scaliger *exer. 101. sect. 1.* Formam non conspici: Vnde cum nostra cognitio pe-

tatur a ſenſibus,in formarum apprehenſione ſæpe hallucinamur.Notādum ergo eſt,quod ait Scaliger *ex.101.ſ.4.* Formæ eſſentiam latere nos, quemadmodum & alias multas, & fortaſſe omnes.

X.

Formæ dant accidentia, vt ſic agat: Forma dat accidentibus vt ſint. *Scalig. ex.205.ſ.5.*

XI.

Forma non generatur. *Zab. lib. 2.de prima rer.mater.c.20.*

Oportet enim diuiſibile eſſe id, quod fit: *Ariſtot.7 Metaph.c.8.* Forma vero eſt indiuiſibilis: Vnde Scal.ait,*ex.346.Formam qui dicit generari, is ſeſe in Philoſophia parum prodit exercitatum. generatur namque ſolum compoſitum.*

XII.

Forma rei formatæ finis non eſt.*Tau. lib.de mundo.p 139.*

Contra Ariſtotel.*2.Phyſic. cap.7.t,78.1.de gener. & corrupt. t. 55. 5. Metaph.cap.24.* ait, *finem & formam eſſe idem.* Facile tamen hic apparet conciliatio. Finis enim eſt duplex: vnus generationis, alter rei genitæ,*Per, lib.2. cap.5.pag.84.* Forma eſt finis non rei genitæ ſeu for-

ſeu formatæ, ſed generationis: ac ita forma & finis aliqñ coincidunt: & ita Ariſtoteles rectè loquitur. Sed hoc Taurellus non negat, vide *lib. 2. contra Cæſalp. quæſt. 1. ſ. 11. p. 126.*

XIII.

Forma formæ contraria eſt, *Scal. ex. 5. ſ. 1.*

Non ex ſe, ſed ratione cõtrariarũ qualitatum. Nihil tamen canoni dato derogant verba Scal. quæ habet *ex. 344. ſ. 3.* vbi ait, *formam formam non deſtruere*: ibi enim loquitur Scaliger de ſpeciebus intentionalibus, quæ a ſenſibus recipiuntur. Videmus enim, quod ille, qui iam album colorem viſu apprehenderit, ſimul quoq; cernere valeat nigrum colorem, ita vt nulla coloris ſpecies alteram in oculis demat.

XIV.

Omnia per formam (*a*) differunt. *Scal. ex. 61. ſ. 1. p. 307. ſ. 17. Zab. de conſt. indiuidui c. 6. Per. lib. 6. c. 12.*

(*a*) Vel cauſſaliter, quia forma efficit, vt differentiæ rerum appareant hominibus in certis propriis & accidentibus, Vel primo, quando ipſæ formæ ſunt notæ & intellectui humano manifeſtæ.

XV.

Forma totius non eſt forma partis,

nec forma partis est forma totius.

XVI.

Quod forma caret, vnum seorsim ab aliis per se esse nequit. *Scalig. exercitat.16.*

XVII.

Vnius rei possunt esse plures formæ, sed subordinatæ. *Zab. de facultate animæ. c.6. 7.8.9.*

Sic in homine est forma misti & anima rationalis.

XVIII.

Nulla forma est a materia inseparabilis, excepto intellectu hominis. *Zab. Vicomercatus & Coll. Conimb.*

XIX.

Forma vna potest esse generica & specifica in alia atque alia subiecta materia, vt forma mistionis in viuente est generica, & dat actum imperfectum; itaque in viuente officio materiæ fungitur. *Zab. in lib. de gen. & int. c.4.*

ARTICVLVS IV.

De Fine.

Finis est, cuius gratia effectus est. *confer Arist. 2. phys. t.29. & 5. Met. c. 2. & 2. post. c.11.*

Finis

Finis vocabulum est ambiguum. 1. Enim dicitur finis priuationis, qui est ipsa rei corruptio & interitus, *Sic mors est finis hominis.* 2. Finis termini, qui scilicet rem aliquam terminat, & ab alia distinguit. Sic punctum est finis lineæ, & limes finis agri. 3. Finis consumtionis: & sic vocatur finis vltima particula rei plene assumtæ. vt *finis candelæ* 4. Finis cui: de quo vide Keck. *c. 18. lib. 1. Syst. log.* 5. Finis intentionis, & hic proprie hoc in loco consideratur. Finis hic alias dici solet & *scopus*, quia in eum omnis actio efficientis dirigitur. Græcis appellatur τέλος.

CANONES

I.

Omnis finis est bonus. *Arist. lib. 1. Eth. c. 2. & lib. de som. c. 2.* vbi ait, τὸ τέλος βέλτιστον. *lib. 3. de anima c. 10. & 6. Top. c. 4. & 2. phys. c. 3.*

Quare ait Scaliger ex. 254. *Finem esse eius, cuius finis est, perfectionem*, & Taurell. in philosophiæ Triumpho, *fine suo quiduis perfici.*

CONSECTARIVM.

Malum ergo nullum cuiuspiam rei non potest esse finis. *Scal. d. l.*

Peccant ergo ii Caluiniani, qui asserunt, quosdam creatos esse à Deo ad æternam damnationem.

II. O-

II.

Omne quod eſt, propter aliud eſt, quam (*a*) propter ſe, excepto vno ſolo Deo. *Scal.ex.250.ſ.1.*

Id eſt, nullum ens eſt, quod non habeat finem; excepto ſolo Deo, qui propter ſe, & nõ alterius gratia ab æterno eſt, & manet.

(*a*) Itaque non poteſt eſſe finis ſui ipſius. *Monl.praf.paraph.in anal.pri.*

CONSECTARIVM.

Itaque omnia propter illud vnum ſunt, quod non eſt propter aliud.

Ergo erunt omnia propter Deum. *Scalig. dict.l.*

III.

Finis nihil componit. *Tau.contra Cæſalp.lib.2.q.1.ſ.11.*

Finis enim nulli rei dat eſſe. Tau. ibidem, ſed eſſe inſequitur: Tò eſſe intellige materiale & formale. Senſus ergo Canonis hic eſt: finis nihil componit, id eſt, ad effectum nullum concurrit finis vt materia & forma, quæ intrinſecus effectum componere dicuntur: extrinſecus vero & finis ſuum agit in producẽdo effecto, vel quatenus efficienti ingenerat deſiderium hoc faciendi, vel quatenus vltimam addit limam effecto, illudque finaliter perficit.

IV. Quic-

IV.

Quicquid propter aliud est (*a*) huius finis est alterius. *Tan. lib. de rerum ætern. pag. 36.*

(*a*) id est, illud propter se non est, sed bonum suum cum alio habet commune: Seu eo fine est id, quod propter se non est, vt bonitate, quam possidet, etiam entia cetera fruantur.

V.

Non seipsum fecit, quod alterius est caussa. *Tau.*

Id est, quod ideo est, vt alios perficiat, illud a se esse non potest: ipsius enim esse, ab alio pendet.

VI.

Finalium caussarum est sequi. *Tan. lib. 1. de mundo c. 13. p. 88.*

1. Ratione ordinis in constitutis disciplinis. 2. Ratione effectus. Effectum enim vsus & bonum illud insequitur, cuius gratia factus est.

VII.

Finis & (*a*) efficiens sunt sibi mutuo caussæ. *Arist. 2. phys.* vide Zab. *lib. 2. de med demonst. c. 10.*

Efficiens non intelligitur primarium, sed secundarium: illud enim perpetuo verum est, inquit Zab. *d. l.* Efficiens primarium, quod a

fine mouetur ad efficiendum, non posse dici effectum respectu illius finis; sed efficiens secundarium, quod ab eo fine non mouetur ad efficiendum, est effectus respectu illius finis, cuius vicissim est caussa efficiens proxima. Sic deambulatio est caussa efficiens sanitatis: quæ est ambulationis finis: Ideo enim deambulo, vt sanitatem meam conseruem: Vicissim sanitas est caussa deambulationis: quatenus ea me mouet ad ambulandum.

IIX.

Finis conciliat mediis bonitatem & amabilitatem. *Keck.*

Ita amarus potus, qui ægrotanti sanitatem conferre potest, amabilis redditur propter sanitatem, licet alias æger ipsum respueret.

IX.

Finis, qua finis, est prior & præstantior mediis.

Prior est finis suis mediis, non quoad ordinem productionis, sed perfectionis & intentionis. Dicitur, *qua finis*, quia alias quoad essentiam absolutam, ea quæ sunt media possunt esse aut æque perfecta aut etiam perfectiora eo, cuius gratia sunt: Idque potissimũ in ordine rerum creatarum. Angeli enim exempli gratia, qui *ad Hebr. 1.* & alibi dicuntur *hominum caussa conditi*, absolute perfectiores sunt ipso homine. *ex Keck. syst. log. lib. 1. cap. 18.*

SECT.

SECTIO III.

De Principio Cognoscendi.

I. Huc vſque fuit principium eſſendi: Sequitur principium cognoſcendi.

II. Principium cognoſcendi eſt, vnde aliquid cognoſcitur.

CANON.

Principium cognoſcendi notius eſſe debet themate.

III. Principium cognoſcendi eſt vel Incomplexum vel Complexum.

IV. Principium Incomplexum dicitur Argumentum.

V. Argumentum eſt principium cognitionis incomplexum, quod rei dubiæ fidem facit.

Incomplexum principium dicitur, quia termino integram ſententiam nõ faciente exprimitur.

Cicero vocem *argumenti* his modis accipit 1. Pro rerum notis ac indiciis. 2. Pro quauis re, de qua agitur, pro quauis ſubiecta materia tractanda: Pro ſententia, vt pro materia poematis, vel Epiſtolæ, vel orationis: &c. 3. Pro integro ſyllogiſmo, & quauis probatione & denique. 4. Pro principio cognitionis incomplexo, vt in hoc loco conſideratur.

CANON.

Argumentum etiam potest desumi a re singulari.

ANNOTATIO.

Non nescio, quosdam fore, qui me magni erroris sint incusaturi, quod argumentum hoc in loco definiam, & declarem, præcipue cum argumentum sit notio secunda, ac proinde ad logicam eius tractatio referenda. Verum breuiter respondeo. Falsum est, notiones secundas tantum definiendas esse in logicis systematibus. Et vt hoc eo exquisitius pateat, sciatur: Quod illud sit in logica exponēdum, quod ad operationem logicam, id est, ad bene definiendum, diuidendum, ratiocinandum, & disponendum disciplinas pertinet: siue illud exprimatur notione secunda; siue prima: Operatio enim est scopus, ad quē omnia, quæ ars requirit, collimant. Verum ergo est, quod *Argumentum in logica doceri debeat non qua argumentum, sed quatenus ipsum est legitime cum extremis cōclusionis disponendū, vt ex ipsa dispositione oriatur claritas cōclusionis, ac illud, quod ante dubium erat, certa apprehendatur cognitione.* Clarius me expediam. *Argumentum per se logica sibi non vendicat, atquē primario non definit, quia & ii sciunt argumentum depromere, atque ex eo ratiocinari, qui logicam non addidicerunt. Quicquid autem aliquid est extra artem aliquam, illud in ea arte primo non*

non doceri & definiri debet. Addo & hoc: *Illa disciplina, quæ pariter cum alia disciplina tractat argumentum, non poterit primo argumentum cõsiderare: atqui Dialectica cum Rhetorica pariter tractat argumentum: Ergo argumentum in dialectica primo non docetur.* Propositio per se vera est. Assumtio patet ex eo, quod Rhetorica & Dialectica pariter considerent quæstionem, & syllogismum: Sic enim habet Aristoteles 1. lib. Rhet. τῶν μὲν οὖν ἄλλων τεχνῶν οὐδεμία τἀναντία συλλογίζεται: Ἡ δὲ διαλεκτικὴ, καὶ ἡ ῥητορικὴ μόναι τοῦτο ποιοῦσιν, ὁμοίως γὰρ εἰσιν ἀμφότεραι τῶν ἐναντίων id est, *nulla ex aliis artibus contrarias partes ratione concludit; Sola vero Dialectica & Rhetorica id præstant: Sunt enim pariter ambæ contrariorum.* Quæ cum ita sint, merito in alia scientia argumentum primo est definiendum: Deinceps vero a logica ea definitio assumenda, atque argumenti vsus in accurata, acquisita, facili, perspicua id est, artificiosa dispositione ostendendus est. Quod si fecerimus, tum eo melius metaphysicam à logica, & logicam à metaphysica discernere poterimus.

VI. Complexum principium est vel Axioma, vel Testimonium.

VII. Axioma est sententia vniuersalis, per q̃ ad cognitionẽ alterius deuenim⁹.

Latinis dicitur *dignitas*, quia ea sententia digna est, qua alterius enuntiati veritas no-

bis patefiat. Vocari solet & *Canon*, quia eius beneficio mentem nostram dirigimus, & regulamus in cognitione rerum. Notari hic iubeo, quod in Ramistarum scholis vocabulū *axiomatis* multo latius extendatur, quam par est, & me quoque propter meos discipulos, qui Ramisticis disciplinis antea informati ad me accesserunt, eo vsum esse memini: Verū cum hactenus Ramistæ vero fundamento talem generalem significationem axiomatis, qua omne enuntiatum significet, apud vllum verum philosophum ostendere non potuerint, merito retinemus illud vocabulum, in ea significatione, quam ipsi in definitione deputauimus. Tandem & hoc obseruari velim, quod vocabulum *axiomatis* κατ' ἐξοχὴν significet propositionem immediatam, quæ non habet se priorem nec posteriorem, ex qua demonstretur. Confer Thomam Brauardinum *c.1.tract.1.de Geomet.* Vnde ea sententia per se digna est, vt ipsa acceptetur pro vera, atque per eam alia nobis reddatur nota, id est, axiomata dicuntur sententiæ, quæ omnium consensu dignæ sunt, vt suapte natura sine vlla probatione veræ credantur. *Scal. lib.4.poet.c.16.* Verum hic ita late accipio vocabulum axiomatis, vt denotet qualemcunque vniuersalem sententiam, qua modo in alterius rei perceptionē prouehamur, siue à posteriori possit demonstrari, siue nō: modo faciat ad minus noti enūtiati clariorē cogni-

tionem

tione. Hæc quę dixi, ꝓbat Iodocus Clichtoueus *prol. comm. suorũ in paraphrasin physicam Iacobi Fabri Stapulẽsis*; qui principia vocat *publica lumina* intellectus. Nam vt lumen ab oculo corporeo per se videtur, & nullius, vt videatur, indiget: ita principia per se cognoscũtur esse vera: & per alia principia minime debent manifestari. Principia autem, quibus in disciplinis quicquam ostenditur, sunt duplicia: *Quædam* vsq; adeo sunt manifesta, vt cognitis eorum terminis statim vera esse deprehendantur: & vocantur *dignitates* siue *proloquia*, siue *communes scientiæ*. Alia vero sunt paulo obscuriora & aliquantula declaratione ex notioribus ad nos indigentia: non quidem declaratione per alia principia, sed per singularia & minus communia, & huiusmodi principia dicunt Peripatetici inductione, quæ a singularibus ad vniuersale procedit, declarari. Nam (*vt inquit Aristoteles in secundo priorum*) inductio est probatiua immediatarũ propositionum. Quemadmodum hoc principium; *Contrarium a suo contrario corrumpi natum est*: hoc modo manifestatur: *Calidũ corrumpitur a frigido, sanum ab agro, & bonum a malo. Quicquid igitur habet contrariũ, a suo contrario corrũpi natum est*. Hæc Clichtoueus doctissimus.

VIII. Testimoniũ est pronuntiatũ alicuius auctoris sumtũ ad aliqd ꝓbandũ.

Itaque testimoniũ est sententia, aliqua sin-

gularis,ac proinde hac ratione ab axiomate distinguitur.

IX. Estque vel Diuinum vel Humanum.

X. Testimonium diuinum est verbũ Dei Scripturis Sacris comprehensum.

Testimonium diuinum seu verbum Dei eiusmodi est principium, quo veritati, quæ per illud confirmatur,ita stipulamur,vt ne opus sit arcescere huc argumenta e ratione petita. Videndum tamen nobis est, si velimus firmissimam fidem alicui theologicæ conclusioni facere, vt vere diuino verbo nitamur: sępissime enim testimonium aliquod æstimatur diuinum,quod tamen vere diuinum non est. Sic oraculum Apollinis habitum fuit pro vere diuino testimonio, quod tamen non à Deo,sed a Diabolo profectum fuit. Similiter vere diuinum testimonium non est verbum Dei, quatenus a sectariis in alienum sensum est detortum adiectione, abiectione, transpositione & diuulsione deprauatum: Ita enim non creditur ipsi verbo Dei per se, sed eius deprauationi, quæ idcirco hæresin progignit: Itaque verbum Dei,quatenus eo sensu intelligitur, quo dictatũ fuit a spiritu Sancto, vere diuinum testimonium erit.

Sic aio. Verbum Dei est verbum Dei, & manet tale,quocunque modo detorqueas & trahas; non vero est testimoniuu verum,nisi eo

si eo sensu, quem spiritus sanctus ei indidit, intelligas. Si enim ad alienum sensum rapueris, atq; deinceps ex eo aliquid probare attẽtaueris, eo non poteris niti, vt vere diuino testimonio: quippe detorsio, qua a sensu Spiritus Sancti recessisti, diuinitatem ei detraxit: id est, testimonii diuini fundamentum (quod est sensus scripturæ a Spiritu sancto inditus) sustulit, & euertit. Sit ergo fixum & immotũ principium. *Verbum Dei, quatenus eo sensu, quem Spiritus S. ei imposuit, intelligitur, esse vere diuinum testimonium.*

CANON.

Testimonium diuinum, si in vero sensu admittitur, nunquam fallit.

Itaque est omni exceptione maius.

XI. Testimonium humanũ est, quod hominem auctorem habet.

CANONES

I.

Testimonium humanum firmum est, quatenus auctor & exactam rei scientiam & veritatem, quæ vtraque cum recta ratione coniuncta sunt, possidet.

Scientia propterea requiritur, vt scias, quid dicas: veritas autem ideo, vt

velis, iuxta ac intelligis proloqui. *Vrsinus disp.11.thes.1.*

ANNOTATIO.

Quia non potest, inquit acutissimus Monlorius *in quæst. de vniuersis*, vnus homo omnia capere, diligenter obseruandum est, quibus in artibus sit quisque versatus. Nec enim in omnibus par fides ei habeatur, oportet. Si quæstio oriatur de rebus & caussis reconditæ philosophiæ, tam diuinæ quam humanæ, aut de differendi ratione & disputandi methodo, Aristotelem consulam præ aliis, quem scio in his primas tenuisse: Si vero dubitatio sit de rebus Astrologicis, aut de situ alicuius regionis, aut origine fluminis, Ptolomæum potius adibo, quam Aristotelem, qui in huiusmodi rebus minus erat exercitatus?

SECTIO IV.

De Principiato in genere.

I. Principiatum est, quod suorũ principiorum vi est.

CANON.

Nihil est in principiato, quod non actu fuerit in suis principiis. *Scal. ex. 307. sect. 20. & ex. 18.*

Prin-

Principia namque ſunt actus eorum, quorum ſunt principia: Itaque anima noſtra non eſt ex elementis: quippe in animæ noſtræ poteſtatibus eſt, quod nunquam fuit in poteſtatibus elementi cuiuſpiam: Vt *facultas admouendum antrorſum, retrorſum, detrorſum, ſiniſtrorſum*, item *intellectus &c.*

CONSECTARIVM.

Principiatum ergo imitatur naturam ſui principii. *Reg. contra Mindanum, & alibi.*

Eadem enim eſt natura principiati, quæ eſt principiorum. *Reg. lib. 1. de prædicab. in ſpecie, probl. 4. p. 226.*

II. Principiatum eſt vel Effectus vel Thema.

SECTIO V.

De Effectu.

Effectus eſt principiatũ, quod cauſſarum vi exſiſtit.

Græcis dicitur αἰτιατὸν.

CANONES

I.

Effectus ſuæ ipſius cauſſæ cauſſa non eſt.

Nihil enim ſe ipſo poteſt eſſe prius, nec ali-

quid operari, antequam exsistat. Si vero effectus suæ caussæ caussa esset, operaretur & ageret, antequam esset, absurdum.

II.

Effectus omnes definiti sunt. Tau. *in philosophia Triumpho.*

III.

Oportet semper diuisibile esse quod fit. *Arist. 7. Met. c. 8.*

IV.

Omnia quæcunq; aut natura, aut ab arte efficiuntur, ab eo, quod actu est, fiunt ex eo, quod potentia tale est. *Arist. lib. 2. de gen. c. 1.*

V.

Nihil fit ex nihilo, nisi aliquid ex nihilo efficientis virtute fiat. *Tau. in philosophia Triumpho.*

VI.

Omne quod factum est, a se in nihilum redigi nequit.

Omne enim, quod ad eius constitutionem concurrit, est ipsi essentiale.

VII.

Quicquid fit, in tempore fit, quod non exsistere prius oportuerit.

VIII.

Fieri id dicitur, quod antea non erat.

Taurel.

Taurel.lib.de rerum atern.p.47.73.& 84. fit quod non est. *Scalig. lib. 3. de cauf. l.l. cap.67.*

IX.

Omne quod fit, sua efficiente caussa posterius est. *Scal. ex.77.f.5.*

X.

Quidquid ab alio fit, non est id, a quo fit. *Scal.ex.9.*

Itaque nec mundus, neque Sol, neque Luna, & ceteræ creaturæ sunt Deus.

XI.

Vnum eundemque effectum proprium & essentialem a diuersis, imo a contrariis principiis produci impossibile est. *Reg.cont.Mind.lib.1.ex.23.*

XII.

Id quod fit, debet esse simile ei, a quo fit.

Vide Gocl.prod.lex.Phil.c.45.

XIII.

Effectus particulari, non vniuersali caussæ tribuitur.

Accipit enim ab ea conditionem, speciem & gradum naturæ, eique assimilatur: vnde &

hac ratione plus debet caussæ particulari, quam vniuersali. *Perer.lib.8.c.10.* vide Gocl. *prod.lex.Philos.p.195.*

XIV.

Substantia nõ producitur in esse, nisi a substantia. *Scal. ex. 10.*

XV.

Propter quod vnumquodque tale est, illud magis est tale.

Canon hic perpetuo verus est, si duæ conditiones seruantur. 1. Vt si affectio, secundum quam duo inuicem comparantur, illis ambobus inest: altera, si recipit magis & minus: quomodo enim dicetur magis inesse vni, quam alteri, si non possit incendi, neque remitti. *Zabarella comment. 2. lib. posterior. ad contr. 15.*

XVI.

Non vno modo effecta a suis caussis proficiscuntur. *Zanch lib. 4. de diabolica præcognitione. c. 8. pag. 181.*

Tribus enim modis effecta sunt in suis caussis & ab illis proficiscuntur. Quædam ex necessitate: quia caussæ tales talia semper sine vllo impedimento producunt effecta. Hæc

certe

certe futura effecta ex talibus caussis necessariis praenosci certe possunt, etiam ab hominibus, vt *eclipsis lunae, febres a medicis*, &c. Quaedam vero proueniunt a suis caussis non quidem ex necessitate, sed contingenter, veruntamen vt plurimum, seu vt Graeci dicunt, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον: Sunt enim effecta in his suis caussis non simpliciter δυνάμει, quod possint fieri, sed etiam ἐνεργείᾳ suarum caussarum, quae licet possit impediri, tamen ἐπὶ τὸ πλεῖστον impediri non solent: vt quod ex iacto in terram semine oriturum sit frumentum, & quod ex consortio impiorum alii homines fiant impii. Talia effecta praeuideri possunt ab hominibus in caussis ipsorum: non quidem ita certo, sicuti primi generis effecta: sed probabili admodum coniectura, quae raro fallere solet, ac potest. 3. Quaedam sunt, quae ita contingenter a suis caussis proueniunt, vt ex aequo tam fieri possint, quam non fieri, Praecognosci ea non possunt, neque certo, neque determinate, neque valde probabili coniectura, sed ex Dei tantum reuelatione, aut ex coniecturis, sed valde imbecillis & infirmis. Haec *Zanchius dicto loco.*

SECTIO VI.

De Themate.

I. Thema eſt principiatum, quod ſui principii beneficio cognoſcitur.

II. Eſtque Simplex, vel Coniunctum.

III. Thema ſimplex eſt, quod termino ſententiam integram non faciente exprimitur, vt: *anima, virtus, bellum, Pax.*

IV. Thema coniunctum eſt ſententia integra, quæ confirmanda, vel confutanda eſt, vt: *Voluptas non eſt ſummũ bonum, Deus neminem creat ad æternam damnationem, puer non poteſt teſtimonium dicere.*

CAPVT III.

De ſubiecto & Accidente.

I. Subiectum eſt, cui accidens competit.

Subiecti vocabulum eſt ambiguum. Aliud enim eſt *Subiectum prædicationis*, quod in propoſitione ſimplici prædicato ſubiicitur. Aliud eſt *Subiectum attributionis*, ſeu diſciplinæ, cui

næ, cui scilicet attribuuntur omnia, quæ in disciplina aliqua considerantur, cuius naturā disciplina aliqua explicat, de quo vide Zab. *li. 1. de natura Log. cap. 15.* vbi pluribus verbis explicatam habes vocem subiecti, quod ad disciplinas pertinet. *3*. Aliud est subiectum rei, seu inhæsionis, cui aliquod accidens competit, & inhæret. Hoc iam explicandum est.

II. Subiectum est vel Proprie dictū, vel Improprie dictum.

III. Subiectum proprie dictum est substantia.

Accidens enim non est subiectum accidentis *ex Aristotel. Scotus de vniuersalibus quæst. 6. sect. 3.*

CANONES.

I.

Substantia potest illa accidentia suscipere, quæ cum eius natura non pugnant. *Kekermann. in System. Logic. lib. 1. cap. 7.*

Vnde Scal. *ex. 16. s. 3.* Nulla forma, ac ne cœlestis quidem efficere potest, vt duo contraria sint in vno subiecto. Bene ergo Goclenius *disp. 1. προοδήκης quæst. 1. Vna* ait, *Substantia seu Natura contrariarū essentialium differentiarum aut proprietatum capax fieri nequit: Itaque homo non potest esse simul essentialiter in vno loco,*

& ubique, &c. Zabarella libro de calore cœlesti cap. vltim. *Fieri non potest, vt in eodem subiecto simul insint duo accidentia eiusdem speciei distincta numero.*

II.

Omne recipiens debet carere recepto. *Zab. de visu. lib. 1. c. 9.*

III.

Subiecti essentia nequit esse de essentia accidentis. *Schegk. post. 12.*

IV.

Substantia accidentis aduentu non fit ἄλλο aliud, sed ἀλλοῖον alio modo se habens.

1. Quia accidens non est caussa entitatis simpliciter, sed talis entitatis. *Scaliger exer. 307. sect. 27.* 11. Quia substantia rei non potest mutari ab accidente. *Scaliger de causs. l. I. cap. 63.*

V.

Cui res inest, ei quoque rei essentialis affectio *Arist. 4. Met.*

VSVS.

Sic quando abstractis inest reale aliquod discrimen, etiam concreta realiter distinguentur.

IV. Subiectum propriè dictum est, vel

vel Mediatum, vel Immediatum.

V. Mediatum subiectum est, cui accidens competit interueniente alio Sic *ferrum est subiectum caloris interueniente igne.*

VI. Immediatum subiectum est, cui accidens primo & per se inest.

CANON.

Quod alicui per se inest, illud omni inest. *Goclen. Instit. log. part. 2. p. 280.*

Id est, quidquid alicui speciei per se & primo inest, illud omni indiuiduo eiusdem speciei inest & quidquid alicui generi inest per se, illud omni speciei eiusdem generis inest.

VII. Improprie dictum subiectum est accidens, cui alia accidentia tribuuntur. *vt: peccatum est subiectum leuitatis & grauitatis*: Dicitur enim aliud peccatum *leue*, aliud *graue*.

Dico *improprie dictum*: Alias enim notissimi sunt Canones: Accidentis accidens non est, nisi quatenus, ambo inhærent vni subiecto. *Aristotel. 4. Metaphysic.* Accidens accidenti non inest. *Taurell. contra Casalpinum p. 627.* Vnde Scaliger *exer. 75. sect. 1. non satis*, ait, *patet, an vnum accidens esse queat alterius accidentis subiectum.*

VIII. Accidens est, quod competit subiecto.

Accidens est vox ambigua. Primo enim sumitur pro non ente & nuda entis apparentia: quomodo Sophistæ Aristoteli & Platoni dicuntur versari circa accidens. *1.post.cap.2.§.1.* Secundo pro altera entis specie contradistincta substantiæ, vt cũ ens diuiditur in substãtiã & accidens. Tertio pro altera accidẽtis specie contradistincta proprio, quam alias appellamus accidens commune. *Arist. 2.Topic.* Quarto pro eo, quod contradistinguitur ei, quod est per se: vt cum caussa dicitur *per accidens producere effectum.* & sic accipit Arist. *1.post. c.4.* Quinto pro eo, quod ordinarias caussas non habet, sed admodum raro fit. Sic *florere arbores, est accidens hyemis.* Sexto pro termino, qui & accidens commune & proprium sub se complectitur: *vt hoc in loco.*

CANONES.

I.

Accidens natura posterius est subiecto.

II.

Accidens vnum numero non potest migrare de subiecto in subiectum.

Scheg-

Scheg. Contra videtur asserere *comment.in trod. pag.441.* Vbi *vnius numero accidentis posse diuersa esse numero subiecta ait.* Sed facilis est conciliatio. Accidens vnum non potest migrare de subiecto in subiectum, ita vt non amplius sit in suo proprio subiecto: vnius tamen accidentis possunt esse diuersa numero subiecta, quando hæc inter se vnita sunt, ita, vt in vno subiecto mediate & accidentaliter, in altero vero immediate & essentialiter sit accidens. Sic calor est in igne, & ferro ignito simul, in igne immediate, in ferro mediate: cum tamen ignis & ferrum sint diuersa numero subiecta.

III.

Accidentis essentia est inhærere, seu (a) inesse in alio. *Scal.ex.10. & 298.s.16.li. de causs.l.l.c.91. Taur.contra Casalp.p.33.*

Id est, esse in subiecto. Quid sit esse in subiecto, vide Canone *4.c.1.lib.2.*

(a) Inesse in alio dicitur ambigue. 1. Est aliquid in alio, sicut pars integralis in suo toto. *vt digitus in manu.* 2. Sicut totum integrale in suis partibus, *vt syllogismus in tribus propositionibus.* 3, Sicut species in genere. 4. Sicut genus in specie. 5. Sicut in materia forma. 6. Sicut accidens in substantia. 7. Sicut aliquid in suo efficiente, vt *Domus exstruenda in mente architecti.* 8. Sicut aliquid in suo fine, vt *virtus in beatitudine.* 9. Sicut locatum in loco (quib.mo-

dis Thologi addunt eum, qua vna persona in diuinis est in altera: diuina natura in huma na) *Boet.* Vide & Reg. *problem. 2. lib. 2. de prædicamentis.*

CONSECTARIVM.

Itaque nullum accidentium a substantia separatum subsistere natum est: *Clichtoueus ex Arist. in notis ad 2. c. lib. 1. paraphraseos Physicæ Stapulensis.* Ac proinde

Accidens nullum est, cuius non sit proprium aliquod subiectum. Taurell. contra *Cæsalp. lib. 1. q 4. s. 20.*

IV.

Accidens per se non est δεκτικὸν seu subiectum contrariorum. *Arist. Goclen. prod. lex. Phil. can. 120.*

V.

Nullum accidens accidit substãtiæ, nisi secundũ naturam eius *Scal. ex. 5. s. 1.*

Ita Reg. *Illud quod inest, inest secundum modum & conditionem eius, cui inest.*

VI.

Nullum accidens potest esse de essentia alicuius substantiæ. *Zabar. lib. 1. de prima rerum materia. c. 11.*

Id est, accidens non constituit essentiam substantiæ primo, sed potius ipsam, vt affectus insequitur, imo ipsi opponitur, & contra distinguitur. Vide *lib. 5. c. 2.*

VII.

VII.

Fieri nullo modo poteſt, vt quod ineſt, ſit ipſum, cui ineſt, vel adeſt *Taur. li. 2 contra Cæſalpin. q. 6. p. 245.* Sic riſibilitas non eſt ipſa anima rationalis: homo non eſt ipſa doctrina.

VIII.

Accidens nullum abſumit (*a*) proprium ſubiectum. *Scal. ex. 10.*

(*a*) Id eſt, primum & immediatum; vnde concludimus, caloris ſubiectum proprium non eſſe aquam: quippe aqua calore ingrediente abſumitur.

IX Accidens eſt vel Proprie dictum, vel Improprie dictum.

X. Accidens proprie dictum primo eſt vel Eſſentiale vel Accidentale.

XI. Eſſentiale eſt, quod fluit ex eſſentialibus principiis ſubiecti. Huc pertinet

CANON SCALIGERI QVEM *habet ex. 307. ſ. 26.*

Accidentis natura in ipſius ſubſtantiæ primordiis eſt. & ex. 12. ſ. 3. *a ſubiecti principiis fluunt accidentia*

XII. Accidentale accidens eſt, quod extrinſecus ad ſubſtantiam accedit, atq; ab externis fluit principiis.

Vulgo dicitur *accidens prædicabile*, quod

poteſt abeſſe vel adeſſe citra rei corruptionem.

CANON.

Nihil accidentaliter ineſt cuipiam, quod ſecundum eſſentiam non inſit alicui primo & per ſe. *Scal.ex.10.* Sic calor eſt in ferro ignito accidentaliter: in igni vero per ſe.

Omne enim per accidens eſt reducendũ ad aliquod per ſe. *Zabar.lib.de facultat.animæ c.8.* Quare non abſurdum eſt, accidentia, quæ per ſe alicui inſunt, alii per accidens tribui poſſe. *Tau.contra Cæſalp.p.67.*

XIII. Secundo, accidens eſt vel Proprium vel Commune.

XIV. Proprium accidens eſt, quod vni ſoli ſpeciei competit.

Quare Ariſt. *1.top.c.5.proprium,* inquit *eſt, quod non declarat quid res ſit, ſed ſoli ineſt, & cum re reciprocatur.*

CANONES.

I.

Vnum non niſi vnius per ſe proprium eſſe poteſt. *Schegk.com.in 3.loc.& 47. lib.5.top.*

Itaq; vnius proprium nõ poteſt eſſe ſimul alterius. Sic Ariſt. *Top.5.4.* ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸ αὐτὸ πλειόνων ἴδιον: fieri enim non poteſt, vt idem

dem sit pluribus proprium. Quæ enim huic subiecto essentialia sunt, alii subiecto per se inhærere non possunt. *Zab.1.post.ad cont.58.* Itaq; omnipræsentia, quæ est proprietas Dei, non potest esse proprietas carnis Christi.

II.

Vnius multa possunt esse propria, *Schegk.com.14.loc.lib.5.top.p.688.*

III.

Propria non noscuntur seipsis, sed respectu subiectorum, quibus insunt, intelliguntur. *Schegk.com.in loc.13.lib.6.top.p.827.*

XV. Propriũ est vel Simpliciter proprium, vel per Accidens proprium.

Terminis vtor Schegkii. qui com. *in loc.9. lib.5.top.p.676. simpliciter*, ait, *proprium, dicitur, quod posito subiecto ex necessitate consequens est; Nam semper inest subiecto: quod non semper inest per accidens proprium dicitur.* Vnde Aristotel. *c.4.lib.1.top.* accidens quoddam proprium esse πρός τι, aliud vero ἁπλῶς ἴδιον.

XVI. Simpliciter proprium est, quod soli omni & semper subiecto inest.

CANONES.

I.

Proprium non potest salua manen-

te essentia a suo subiecto abesse.

Propria a re, inquit Scal. *ex. 5. s. 6.* abesse nequeunt, cuius propria sunt: Etsi namque sunt natura suis substantiis posteriora, non tamen re, sed aut ipsamet res in secundo momento naturæ, vt vult ipsemet Duns, aut saltem omnino inseparabilia. *Zabarella libro 1. post. cap. 6. t. 52. & libr. 1. de prop. necess. cap. 11. & lib. 2. cap. 15.* Proprium, cum ab essentia & forma subiecti fluat, nec re, nec mente separari potest. Etenim fieri non potest, vt homo non sit risibilis. Confer. colleg. Conimb. *lib. 1. de cœlo. cap. 1. artic. 34.* Excipio Diuinam potentiam, qua proprium a subiecto suo separari facile potest: cum re proprium & subiectum eius differant.

CONSECTARIA.

I.

Itaque proprium proprie non inuenitur extra illud, cuius proprium est. *Duns. de præd. quæst. 11.*

οὐδεὶς γὰρ ἴδιον λέγει inquit Aristot. 4. Top. *τὸ ἐνδεχόμενον ἄλλῳ ὑπάρχειν.* id est, nemo id proprium dixerit, quod in alio contingit esse.

II.

Itaque proprium cum re ipsa reciprocatur. Arist. 1. Top. 4 & 7. 3.

Sic etiam Suidas, *τὸ ἴδιον ἀντικατηγορεῖται τοῦ πρά-*

πράγματος, ὃ καὶ μόνῳ ὑπάρχει καὶ ἀεὶ ὡς τὸ ἀνθρώπῳ γελαστικόν: ideſt, proprium reciprocatur cum re, eiq; ſoli & ſemper ineſt, vt riſibile eſſe homini.

II. CANON.

Fieri nequit, vt primo pluribus ſit communicabile proprium. *Schegk. com. in 15. loc. q. 21. lib 5. top.*

Notetur terminus, *primo*: Vnius enim proprii, non niſi vnum proprium ſubiectum exſiſtit. *Schek. com. in lib. 5 top. c. 77.* Quare bene ait Gocl. *in prod. lex. Philoſ. c. 130.* vnius naturæ vel ſpeciei propria alteri naturæ vel ſpeciei eodem modo tribui non poſſe: Quicunq; ergo ſtatuit, omnipræſentiam carni Chriſti eodem modo tribui, quo ipſi Deo, ille longiſſime a ſcopo aberrat: & non Lutheranus, ſed Euthychianus merito habetur.

Secundarium vero proprium communicari qui negat, ipſum ſolē meridie lucere negat, ita Scal. *de c. l. l. Ego ſum calidus, quia ignis, qui in me eſt, eſt calidus.* ita propriū accidēs alicuius poteſt eſſe hoc modo commune, quoniam ſubſtantia illa, cuius eſt proprium, eſt ſubſtātia imperfecta & comparata ad vlteriorem finem, q̃ ſuū cuiuſmodi ſunt elementa, quę non ſunt propter ſe, ſicut materia prima.

XVII Propriū per accidens eſt, ꝙ quidē omni ſoli ſubiecto ineſt, ſed non ſēper: Sic ridere non ineſt homini, licet ſoli &

& omni homini competat ridere.

Simpliciter propria a Schegkio solent etiam vocari propria πάθει, propria vero per accidens, *propria accidentia*. Verum lector se eiusmodi variis appellationibus non perturbet, sed respiciat vniuscuiusque termini proprium & genuinum vsum, tum facile percipiet, quo sensu quippiam dicatur.

XVIII. Accidens commune est, quod pluribus subiectis vno & eodem modo inest.

SCHOLION.

Definitio hæc notanda contra eos, qui quando aliquando Philosophi proprium vnum subiũctis duobus inesse asseuerant, illud ita accidentis communis naturam suscipere arbitrantur: verum non ita res est. Proprium enim licet duobus subiectis inesse dicatur, tamen iis non eodem modo inhæret: vni enim per se primo & immediate, alteri vero secundario, mediate & per communicationem, per quam vnitum subiectum alterius subiecti propriis attributis ad finem, propter quem vnita sunt illa diuersa subiecta, assequendum vere realiter vtitur.

CA-

CANON.

Accidens commune, quod contingenter inest subiecto, gradibus variatur. *Keck.*

Potest enim esse aliquis, vel magis vel minus albus. Dico, *quod contingenter inest*: quia quod essentialiter subiecto competit, gradus nullos recipit: Vnde homo non magis est sentiendi facultate præditus, quam bestia.

XIX. Hucusque de proprie dicto accidente; sequitur improprie dictum, quod improprie dicto subiecto competit.

CAPVT IV.

De Obiecto & Occupato.

I. Obiectum est, in quo ens occupatur.

Vocari alias solet, *subiectum simpliciter, subiectum occupans, subiectum attributionis, materia circa quam*, item *terminus* a scholasticis: Nolui obiectum subiecto recẽsito annumerare, quia distinctorum noematum distincta debet esse tractatio.

CANONES

I.

Obiectum nullum est de essentia entis, cuius est obiectum.

Est enim secundũ suum esse actui extrinsecum, *teste Dionysio Carthusiano lib. 1. de summa orthodoxa fidei. Art. 105. q 3.*

Huius axiomatis veritas patet etiam ex enumeratione omnium obiectorum; Siquidẽ nullum dari potest, quod essentialiter constituat rem eam, cuius obiectum est: Et quomodo obiectum alicuius essentiam constituere potest, cum actio, propter quam obiectum aliquod principaliter dicitur, perfectam essentiam insequatur. Obiicis. *Obiectum physices vt corpus naturale est de essentia physices, & obiectũ logices est de essentia logices,* Ergo *quædam obiecta sunt de essentia eius, cuius sunt obiecta.* Resp. ad antecedens. 1. non ipsum obiectum (corpus naturale) sed tractatio eius est, de essentia physices, quatenus physica pro systemate physico sumitur: quippe concurrit ad constitutionem disciplinæ physicæ. Idem dicendũ de obiecto logicæ. 2. Non vero idem obiectum de physices essentia esse potest, quatenus physica sumitur pro scientia, qua homo corpus naturale eiusque affectiones apprehẽdere aptus est: Scientia enim talis est in mente: corpus naturale extra mentem. Stulti ergo sunt, qui modum differendi obiectum logices faciunt. II.

Obiectum prius est eo, cuius est obiectum, *Arist. 2. de anima c. 4.* Reg. *probl. 2. de prædicab: lib. lib. 1. log.*

Non

Non qua relata sunt obiectum & occupatum: sed quatenus obiectum cognitũ facit ad meliorẽ cognitionẽ eius, cuius obiectum est: Inde Arist. *d.l.* prius de obiectis facultat ũ animæ, quã de ipsis facultatibus differere intendit. Non absurde ergo dicit commentator *in Pet. Hisp. tract. 1 fol. 14.* obiectum semper notius esse potentia. III.

Nullum obiectum est contrarium potentiæ nisi relatiue. *Scal. ex. 76. s. 2.*

Id est, nullum obiectum ita pugnat cũ occupato, vt vtrumq; alterũ pellat, & perimat: Sic color non contrariatur visui, nisi relatiue, & per consequens color non tollit visum.

IV.

Obiectum nõ alio modo iudicatur, quam ex actione, propter & per quam obiectum est.

V.

Obiectũ, quatenus appetibile, mouet potentiam ad attrahendum ipsum. *Lull. c. 21. Theor. Test.*

VI.

Obiectum in casu recto de occupato affirmari nequit.

Itaque physica non est corpus naturale: Contra, modus differendi non est obiectum logices.

II. Obiectum est vel Cognitionis vel Operationis.

III. Obiectum cognitionis est, in quo intellectus vel sensus versatur.

Inde obiecta scientiarum suam deducunt originem.

CANONES

I.

Obiectum eiusmodi Intellectum vel Sensum perficit.

Confer Scal. *ex.300.s.3.* Excipitur intellectus diuinus, qui nihil perfectionis a creaturis cognitis accipit.

II.

Obiectum cognitionis nihil ab intellectu vel sensu mutatur.

IV. Obiectum operationis est, in quo aliqua fit ab agente mutatio.

Huc referuntur obiecta artium: Siquidem ea ab artificibus mutantur per impositionem externam formarum, quibus reddnntur habilia ad aliquem certum vsum.

V. Vtrumque obiectum est vel per Se, vel per Accidens.

VI. Obiectum per se est, ad quod res per se & sua natura ordinatur.

VII. Obiectum per se est, vel Commune vel Proprium.

VIII. Obiectum commune est, in quo multa occupantur.

Sic

Sic commune obiectum sensuum omniũ est magnitudo, figura & motus, vt patet ex. 2. *lib. Arist. de anima.*

IX. Proprium est, in quo vnum ens tantum occupatur.

Sic obiectum visus est *color*: obiectum auditus *sonus.* &c.

X. Obiectum per accidens est, circa quod res per accidens versatur. *Keck.*

Illud autem per accidens tam intelligendũ est respectu ipsius actionis, quã respectu obiecti: Dicitur enim *primo per accidens* versari circa aliquid, quod non qua tale, sed qua defectu aliquo aut vitio præditum ad aliud refertur, vt: malum est obiectum voluntatis per accidens; quia circa hoc voluntas versatur, non sua natura, nec qua voluntas, sed ex accidente, quatenus vitio & defectu aliquo infecta est. *Secundo per accidens* dicitur ex parte obiecti considerati non absolute, sed ab accidente aliquo denominati, quod accidens ad operationem non pertineat: vt se perspicue declarat Philosophus. 2. *de anima. text.* 65. & 3. *text.* 134. Vbi per accidens sensibile seu sensus obiectum vocat *Cleonis filium*: sentitur enim, *inquit*, non qua Cleonis filius, sed qua albus aut aliis sensibilibus qualitatibus præditus: nam filiatio & aliæ relationes per se non incurrunt in sensus. Hæc ex Keck.

XI. Occupatum est, quod circa obiectum versatur.

CAPVT V.

De Mensura & Mensurato.

I. Mensura est, qua aliquid mensuratur.

Cum specialis aliqua disciplina non detur, quæ generales canones de mensurato explicet, noluimus studiosæ iuuentuti deesse, atq; doctrinam eiusmodi in Metaphysicis præterire: Spero me re facturum multis gratam & acceptam: imitor Aristotelem qui *10. Met. c. 2.* ex professo mensuram & mensuratum exponit. Mensura vero triplex est: Prima *perfectionis*. Sic Deus est mensura creaturarũ: secũda *applicationis* vt: *Vlna*, Tertia *repetitionis*, vt: *numerus*.

CANONES

I.

Primum cuiusque generis est mensura.

Μάλιςα τὸ μέτρον ἐςὶ πρῶτον ἑκάςου γένους. *Arist. 10. Met. c. 1. & lib. 8. phys. t. 67.* ἅπαντα μετρεῖται τῷ πρώτῳ: omnia mensurãtur primo. Itaq; id quod primum est, est regula, ad quam posteriora diriguntur.

Primum, id est, perfectissimũ est mensura perfectionis reliquorũ sub illo genere comprehensorum. Et ita homo perfectissimus in genere animaliũ est mensura, per cuius compa-

parationem venimus in cognitionem perfectionũ reliquarũ brutarum animantiũ: Tanto enim singulæ brutæ animantes sunt perfectiores, vel imperfectiores, quanto magis accedunt vel recedunt a perfectione hominis.

II.

Cuiusq; mensura vnum ens est.

Τὸ μέτρον ἑκάστου ἕν. *Arist. 10. Met. c. 1.*

III.

Mensura id est, quo mensuratũ cognoscitur.

Μέτρον ἐστὶν ᾧ τὸ πόσον γινώσκεται *Arist. d. l.* Sic vlna facit cognosci quantitatem panni. Verbum Dei est mensura fidei & actionum nostrarum, ac proinde deducit nos in cognitionem credendorum & faciendorum.

IV.

Æqualitas est certa mensuræ ratio. *Scal. ex. 359 f. 2.*

ὅπου (γὰρ) δοκεῖ μὴ εἶναι ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναι, τοῦτο ἀκριβὲς τὸ μέτρον.

Vbi enim videtur nõ esse auferendum aut addendum, illa mensura accurata est. *Arist. 10. Met. c. 1.*

V.

Mensura perpetuo est eiusdem generis cum mensurato. *Tau. lib. 2. contra Cæsalp. q. 6. f. 18.* ἀεὶ συγγενὲς τὸ μέτρον. *Arist. d. l.* Mẽsuratũ debet esse homogeneũ mẽ-

ſuræ ſuæ. *Per. lib. 12. c. 3.* quia vnūquodq;, quod eſt in vtroq; genere primum, eſt menſura reliquorum. *Ariſt. Met. cap. 1. Regius probl. 1. de prædicab. lib. 1. 2.*

II. Quia aliquid proportionis & ſimilitudinis inter menſuram & menſuratum debet intercedere.

IV.

Menſura eſt prior mẽſurato. *Schegk. in loc. 26. lib. 4. top.*

Prior ſcilicet natura. *Scal. ex. 352. ſ. 2.* diſtincte loquor cum Goclenio in prodromo *lex. Phil. can. 151.* Menſura & menſuratum relationis ratione, ſeu qua relata ſunt, ſi mul τῇ φύσει & τῷ λόγῳ natura & ratione ſeu definitione ac cognitione, & οὐδέτερον οὐδετέρῳ τοῦ εἶναι ἐστὶν αἴτιον: at quatenus menſura habet rationem principii & cauſſæ, menſuratum habet rationem effecti, menſura τῇ φύσει καὶ οὐσίᾳ prior eſt: menſuratum poſterius.

V.

Menſura nobilior eſt, quam id, cuius eſt menſura. *Scal. ex. 158. ſ. 3.*

III. Menſuratum eſt, quod ad menſuram dirigitur.

Canon.

Cui nihil æquale eſt, menſurari non poteſt.

Æqua-

Æqualitas enim, vt dictum, est certa mensuræ ratio.

CAPVT VI.

De Generica & Specifica, Numerica, caussali & subiectiua identitate.

I. Hucusque fuit Consensio Prima: sequitur Orta.

Dicitur *orta a prima*, quia entia, quæ inter sei.. consentiunt, ad entia, quæ primo consentiu. t, referuntur, & sine eorum explicatione perfecte cognosci non possunt.

II. Orta consensio est vel Primaria, vel Secundaria.

III. Primaria consensio est identitas vel ordo.

IV. Identitas est, qua ens est idem.

CANONES

I.

Illud quod est idem cum aliquo, nõ potest reperiri cum eius opposito. *Per. lib.6.c.14.*

II.

Si qua eadem sunt, eorum etiam cõtraria eadem erunt. *Arist.7.top.c.1.§.2.*

III.

Si vnum sine altero cõsistere potest; non erunt idem. *Arist.d.l.*

IV.

Quæ ſunt eadem vni tertio, eadem ſunt inter ſe.

Verum eſt, inquit Zab. *lib. 2. de prima rerum materia, c. 11.* hoc axioma comparando inter ſe illa, quæ ſunt actu, ſed non verum, ſi fiat comparatio eius, quod eſt poteſtate, cum eo, quod eſt actu.

V. Identitas eſt vel Simplex vel Collatiua.

VI. Identitas ſimplex eſt, quæ ſine collatione conſideratur.

VII. Simplex identitas eſt, 1. Eſt generica, ſpecifica & numerica. 2. Cauſſalis & ſubiectiua.

VIII. Generica identitas eſt eorum, quæ habent idem genus.

Vnde dicuntur eadem genere, quæ Græcis appellantur ὁμογενῆ. *Damaſ. c. 48. Dialect.* ita definit, recenſente Keck. ὁμογενῆ εἰσιν, ὅσα ὑπὸ τὴν αὐτὴν κατηγορίαν τάσσονται: *Homogenea ſunt, quæ cum ſint diſtincta, in eodem tamen ſunt prædicamento.*

CANONES

I.

Quæ ſunt idem genere, non ſimpliciter habent idem proprium. *Schegk. in loc. 20. lib. 5. Top. p. 699.*

II.

Quæ ſunt eiuſdem generis corpora, in eodem loco eſſe poſſunt. *Scal. ex. 10.* ſed ſucceſſiue.

IX. Specifica identitas eſt, qua indiuidua ſub ſpecie infima continentur.

Sic *Petrus & Ioannes idem ſunt ſpecie: vterque enim homo.* τὰ εἴδει ἓν inquit Ariſt. *5. Met. 6.* ὧν ὁ λόγος εἷς: *ſpecie vnum ſunt, quorum ratio vna*, id eſt, quæ habent eandem definitionē: Solæ enim ſpecies proprie definiuntur. *Reg. lib. 1. prob. 1. de prædicab. in ſpecie.* Hinc ait Damaſcenus *d. l* recenſente Kecker. ὁμοειδῆ εἰσιν ὅσα ὑπὸ αὐτὸ εἶδος τάσσονται καὶ κοινωνοῦσι τῷ λόγῳ τῆς οὐσίας: eadem ſpecie ſunt, quæ ordinantur ſub vna ſpecie ſpecifica, & communicant eiuſdem definitione.

CANON.

Omne, quod eandem cum aliquo compoſito operationem efficit, eſt idē per omnia. *Dionyſ. Zach. Gall. Alchym. pag. 77.*

X. Numerica identitas eſt, qua ens ad ſe relatum eſt idem numero: Sic *animal vigilans, & animal dormiens eſt idem numero animal.*

Non neſcio identitatem numericā referri ſolere plerunq; ad indiuidua tantum; quaſi

indiuiduum solum sit idem & vnũ numero. Verum maxima est hallucinatio. Idem enim ens quando ex certis accidentibus, non destruentibus, ad se refertur, merito *idem & vnum numero* dicitur (siue sit indiuiduum siue vniuersale aliquod) quippe accidentia ea nõ faciunt, vt vnum sit duo. Sic homo risibilis & homo lacrymabilis est idem numero: Et risibilitas & lacrymabilitas non faciunt, vt idem homo sit duo homines.

CANONES.

I.

Vnum numero nihil est aliud quam indiuisibile seu immultiplicabile, vt sic dicam, in plura numero eiusdem nominis & rationis. *Fons. lib. 5. Met. c. 28. q. 4. s. 4.*

Vnum numero, inquit Schegk. *in top. pag. 40. & 1059.* est prorsus diuisionis expers, nec vnitate numerali vlla simplicior.

II.

Impossibile est, vt vnũ numero possit participari a pluribus numero differentibus. *Reg. lib. 1. prob. 3. de prædicabilibus.*

Sic vnum proprium nõ potest simul duabus rebus numero differentibus cõmunicari.

III.

Quæ numero & definitione sunt idem,

dem, eorum eadem vis eſt efficiendi aliquid vel perimendi: Item quæ numero ſunt vnum, eorum quoque ortus & interitus ſunt ſimul: *Schegk. comm. in loc. 2. lib. 7. top.*

Continens & contentum non poſſunt eſſe idem numero. *Schegk. comm. in loc. 3. lib. 7. top.*

V.

Quæ per omnia ſunt idē, de iis quoque eadem prædicantur. *Fort. Crell. lib. 3. Acroaſe. c. 3. ad cont. 21.*

VI.

Idem maxime proprie eſt, quod vnum eſt numero. *Ariſt. 7. top. c. 1.*

VII.

Id quod optimū & maximū dicitur, vnum numero eſſe oportet. *Ariſt. d. l.*

VIII.

Quæ ſunt eiuſdem generis vel ſpeciei, non eadem numero ſunt neceſſario. *Ariſt. d. l.*

IX.

Vbi numero vnum, ibi forma vna. *Monl. lib. de vniuerſis c. 4.*

XI. Ad identitatem numericā referri poteſt formalis identitas, qua definitio

& definitum ſunt vnum, quippe definitio & definitum ſunt vnum numero. *Reg. lib. 1. problem. 1. de prædicab. in ſpecie.*

XII. Cauſſalis identitas eſt eorū, quæ cauſſis aut cauſſatis conueniunt.

XIII. Subiectiua identitas eſt, qua accidētia plura vno ſubiecto cōueniūt.

CAPVT VII.

De Identitate Collatiua.

I. Declarauimus identitatem ſimplicem: ſequitur Collatiua.

II. Collatiua identitas eſt vel Paritas, vel Similitudo.

III. Paritas eſt, qua entia habent eandem quantitatem.

Dicitur & *æqualitas*, Græcis ἰσότης, quæ eſt rerum differentium eadem quantitas. Commentator *in tract. 3. Pet. Hiſp. fol. 128. fac. b.*

Vnde dicuntur *entia paria* & *æqualia*.

Æqualia ſunt, quæ ſibi inuicem appoſita nec excedunt, nec exceduntur.

Idem Comment. *in Pet. Hiſp. d. l.* Ἴσα, inquit Ariſt. *lib. 4. Met.* λέγεται, ὧν τὸ ποσὸν ἕν, *quorum quantitas eſt vna.*

IV. Si-

IV. Similitudo est, qua entia conueniunt in qualitate.

Vnde entia appellantur *Similia.* ὅμοια λέγεται, inquit Aristoteles d.l. ὧν ἡ ποιότης μία: *Similia dicuntur, quorum est vna qualitas.* Verum nota, terminum qualitatis hic adeo late vsurpari, vt etiam includat in se actionem, passionem & relationem. Itaque quæ etiam actione, passione & relationibus inter se conueniunt, *Similia* nominantur.

CANON.

Quæ sunt quodammodo similes res, non per omnia & in omnibus assimilantur, cum in quodam duntaxat assimilentur, *Schegk. Comm. in 38. loc. lib. 2. Top.*

Vnde recte Scalig. ex. 307. sect. 16. ait, *Similitudinem non afferre identitatem.* At ex hoc dicto obiicis: *Si similitudo non affert identitatem, similitudo non erit identitas,* & per consequens, *nec identitas collatina.* Atqui *prius est: Ergo & posterius.* Resp. Vox identitatis est ambigua: Sumitur enim vel stricte, & ita spectat tantum ad ea, quæ genere, specie & differentia conueniunt. Et sic verum est, simile non esse idem, seu similitudinem non afferre identitatem: Vel laxe: & ita significat conuenientiam vnius cum alio, ortam ex vnitate alicuius tertii. Hoc modo similitudinem *identitatem esse quis negat?*

V. Similitudo eſt, vel Simplex vel Compoſita.

VI. Simplex eſt, quæ verſatur tantum inter duos terminos.

Sic homo & equus ſimilia ſunt animalia ratione ſenſus.

VII. Compoſita eſt, quæ verſatur intra terminos quatuor: diciturque *analogia*.

VIII. Analogia eſt ſimilitudo rationum, id eſt, eiuſmodi ſimilitudo, qua entia conueniunt in relationibus.

Analogia eſt, inquit Scal. lib. de cauſ. lat. ling. c. 188. *qualitas, ſecundum quam ſimilia ducimus e ſimilibus*. Vnde ens eſt vnum ſeu idem analogia.

CANON.

Vnum analogia nihil aliud eſt, quam vnum proportione, etiamſi ſit nulla pendentia aliorum ab vno. *Zab. lib. de naturalis ſcientiæ conſt. c. 10.*

IX. Analogia eſt vel Profana, vel Myſtica.

X. Analogia profana eſt inter res, quæ nullam habent relationem ad ſacrum vſum.

Sic

Sic in illis Vergilii versibus, quos habet Eclog.5.

Tale tuum nobis carmen diuine Poeta
Quale sopor fessis in gramine.

Carmen & sopor sunt res analogæ: vt enim se sopor habet ad fessum. Ita se carmen habet ad auditorem. At sopor est maxime gratus: Ergo & carmen auditori gratum maxime est.

XI. Analogia mystica est inter res, quarum vna repræsentat rem aliquam sacram.

Consectarium definitionis.

Itaque est inter Typum & Antitypon.

CANONES.

I.

Analogia mystica pendet ex sola institutione & declaratione Dei.

CONSECTARIVM.

Itaque extra verbum Dei nec fingi nec explicari debet.

Caluinistæ ergo longe errant, dum analogiam inter fractionem Dominici panis & passionem Christi fingunt, atque eam præter & contra Scripturam è suo cerebro declarãt: quia ne vnico verbo eiusmodi analogia Caluiniana in institutione exprimitur.

II.

Analogiæ mysticæ cognitio præsupponit rerum, inter quas ea analogia est, cognitionem debitam.

Quia nulla analogia perfecte intelligi potest, nisi rerum, inter quas analogia est, naturam & qualitates, quibus tanquam in vno tertio conueniunt, perspectas quis habuerit. Tu igitur, qui fingis analogiam inter fractionẽ panis Eucharistici & passionem Christi, vide prius, num de pane Eucharistico alias recte sentias: Et deinceps proba id, quod velis; tum eo attentius te auscultabimus.

III.

Nulla analogia affert rebus necessitatem.

Licet itaque ipsi Caluiniani euicturi essent analogiam quandam esse inter panis Eucharistici fractionem & passionem Christi, tamen inde nunquam confirmabunt, panem eucharisticum frangendum esse necessario in sacra Cœna Frustra itaque hactenus dimicauerunt pro astruenda analogia ad stabiliendam necessitatem fractionis panis Eucharistici in medio Cœnæ vsu adhibendæ.

CAPVT VIII.

De Ordine.

SECTIO I.

FVit Identitas: progredior ad Ordinem.

II. Ordo est entium distinctorũ ex dispositione p prius & posterius facta cõuenientia: seu Ordo est digestio rerum, quæ suo quæq; loco collectæ sunt. *Flac. lib.1.cap.2.Dial.*

CANONES.

I.

Quæcunque certo continentur ordine, ab alio necesse est esse disposita. *Taur.de rer.ætern.p.40.*

Itaque mundi partes, cœlum scilicet & omnia elementa, ab alio ita erunt dispositæ: quia inter se ordinatæ sunt.

II

In omni ordine datur distinctio: at non in omni distinctione datur ordo. *Fonseca 5. met.1.quæst.3.s.3.*

Prius per se patet: Posterius vero inde verum est, quia in relatis, qua relata sunt, distinctio habetur: pater enim non est filius. Sed nõ habetur ordo: natura enim simul sunt, & cognoscuntur.

III.

Ordo rebus ipsis posterior, quibus prior est Deus. *Tau.de mundo.p.177.*

IV.

Rerum ordo motu prior eſt. *Taur. lib. 1. de mundo.*

III. Ordo eſt vel Naturalis, vel Arbitrarius. *p. 79.*

IV. Ordo naturalis eſt, quem natura in rebus naturalibus obſeruat.

V. Ordo arbitrarius eſt, qui ab arbitrio alterius totus pependit.

VI. Eſtque vel Diuinus vel Humanus.

VII. Ordo diuinus eſt, qui a Deo immediate introductus eſt. Eiuſmodi ordo conſpicitur in theatro huius mundi.

VIII. Ordo humanus eſt vel Liberalis, vel Illiberalis.

IX. Ordo liberalis eſt, qui eſt rerum ad literas ſpectantium.

X. Eſtque vel Artificialis, vel Inartificialis.

XI. Artificialis eſt vel Prædicamentalis, vel Didaſcalicus.

XII. Prædicamentalis ordo eſt, quo genus primum, Species ſequentem locũ ſibi nude vendicat.

Sic in ordine hoc ſubſtantia præcedit corpus, corpus animal, animal hominem. Itaque

ſub-

ſubſtantia, corpus, animal & homo eodem continentur prædicamento.

XIII. Ordo didaſcalicus eſt, quem præcepta diſciplinarum tribuunt, ſeu quo ea, quæ in diſciplinis traduntur, vinciuntur, atque in locis debitis ſecundum Prius & Poſterius collocantur.

XIV. Ordo didaſcalicus eſt vel Syntheticus, vel analyticus.

XV. Ordo ſyntheticus eſt, quo ſcientiarum præcepta inter ſe diſponuntur.

XVI. Ordo analyticus eſt, quo diſciplinarum operatricium præcepta inter ſe diſponuntur. Et quomodo hoc fieri debeat, concinne docetur in logicis.

XVII. Inartificialis eſt, qui neq; ad prædicamentalem, neque ad didaſcalicum referri poteſt, & tamen propter cognitionem noſtram cum aliquo adiecto modo aſſumitur.

Hic Poetis familiaris eſt, qui nudam rei cognitionem non reſpiciunt, ſed eo meditantur, vt ordinem ſenſui magis, quam rationi conuenientem cudant, quo lectores inter legendum aliquid delectamenti reportent.

(o)

indiuiduum solum sit idem & vnũ numero. Verum maxima est hallucinatio. Idem enim ens quando ex certis accidentibus, non destruentibus,ad se refertur,merito *idem & vnum numero* dicitur (siue sit indiuiduum siue vniuersale aliquod) quippe accidentia ea nõ faciunt, vt vnum sit duo. Sic homo risibilis & homo lacrymabilis est idem numero: Et risibilitas & lacrymabilitas non faciunt, vt idem homo sit duo homines.

CANONES.

I.

Vnum numero nihil est aliud quam indiuisibile seu immultiplicabile, vt sic dicam, in plura numero eiusdem nominis & rationis. *Fons. lib. 5. Met. c. 28. q. 4. s. 4.*

Vnum numero, inquit Schegk. *in top. pag. 40. & 1059.* est prorsus diuisionis expers, nec vnitate numerali vlla simplicior.

II.

Impossibile est, vt vnũ numero possit participari a pluribus numero differentibus. *Reg. lib. 1. prob. 3. de prædicabilibus.*

Sic vnum proprium nõ potest simul duabus rebus numero differentibus cõmunicari.

III.

Quæ numero & definitione sunt idem,

dem, eorum eadem vis est efficiendi aliquid vel perimendi: Item quæ numero sunt vnum, eorum quoque ortus & interitus sunt simul: *Schegk. comm. in loc. 2. lib. 7. top.*

Continens & contentum non possunt esse idem numero. *Schegk. comm. in loc. 3. lib. 7. top.*

V.

Quæ per omnia sunt idẽ, de iis quoque eadem prædicantur. *Fort. Crell. lib. 3. Acroase. c. 3. ad cont. 21.*

VI.

Idem maxime proprie est, quod vnum est numero. *Arist. 7. top. c. 1.*

VII.

Id quod optimũ & maximũ dicitur, vnum numero esse oportet. *Arist. d. l.*

VIII.

Quæ sunt eiusdem generis vel speciei, non eadem numero sunt necessario. *Arist. d. l.*

IX.

Vbi numero vnum, ibi forma vna. *Monl. lib. de vniuersis c. 4.*

XI. Ad identitatem numericã referri potest formalis identitas, qua definitio

& definitum sunt vnum, quippe definitio & definitum sunt vnum numero. *Reg. lib. 1. problem. 1. de prædicab. in specie.*

XII. Caussalis identitas est eorũ, quæ caussis aut caussatis conueniunt.

XIII. Subiectiua identitas est, qua accidẽtia plura vno subiecto cõueniũt.

CAPVT VII,
De Identitate Collatiua.

I. Declarauimus identitatem simplicem: sequitur Collatiua.

II. Collatiua identitas est vel Paritas, vel Similitudo.

III. Paritas est, qua entia habent eandem quantitatem.

Dicitur & *æqualitas*, Græcis ἰσότης, quæ est rerum differentium eadem quantitas. Commentator *in tract. 3. Pet. Hisp. fol. 128. fac. b.*

Vnde dicuntur *entia paria* & *æqualia*.

Æqualia sunt, quæ sibi inuicem apposita nec excedunt, nec exceduntur.

Idem Comment. *in Pet. Hisp. d. l.* Iox, inquit Arist. *lib. 4. Met.* λέγεται, ὧν τὸ ποσὸν ἕν, *quorum quantitas est vna.*

IV. Si-

IV. Similitudo est, qua entia conueniunt in qualitate.

Vnde entia appellantur *Similia.* ὅμοια λέγεται, inquit Aristoteles d.l. ὧν ἡ ποιότης μία: *Similia dicuntur, quorum est vna qualitas.* Verum nota, terminum qualitatis hic adeo late vsurpari, vt etiam includat in se actionem, passionem & relationem. Itaque quæ etiam actione, passione & relationibus inter se conueniunt, *Similia* nominantur.

CANON.

Quæ sunt quodammodo similes res, non per omnia & in omnibus assimilantur, cum in quodam duntaxat assimilentur. *Schegk. Comm. in 38. loc. lib. 2. Top.*

Vnde recte Scalig. ex. 307. sect. 16. ait, *Similitudinem non afferre identitatem.* At ex hoc dicto obiicis: *Si similitudo non affert identitatem, similitudo non erit identitas*, & per consequens, *nec identitas collatiua.* Atqui *prius est*: Ergo *& posterius.* Resp. Vox identitatis est ambigua: Sumitur enim vel stricte, & ita spectat tantum ad ea, quæ genere, specie & differentia conueniunt. Et sic verum est, simile non esse idem, seu similitudinem non afferre identitatem: Vel laxe: & ita significat conuenientiam vnius cum alio, ortam ex vnitate alicuius tertii. Hoc modo similitudinem *identitatem esse quis neget?*

V. Similitudo eſt, vel Simplex vel Compoſita.

VI. Simplex eſt, quæ verſatur tantum inter duos terminos.

Sic homo & equus ſimilia ſunt animalia ratione ſenſus.

VII. Compoſita eſt, quæ verſatur intra terminos quatuor: diciturque *analogia*.

VIII. Analogia eſt ſimilitudo rationum, id eſt, eiuſmodi ſimilitudo, qua entia conueniunt in relationibus.

Analogia eſt, inquit Scal. lib. de cauſ. lat. ling. c. 188. *qualitas, ſecundum quam ſimilia ducimus e ſimilibus*. Vnde ens eſt vnum ſeu idem analogia.

CANON.

Vnum analogia nihil aliud eſt, quam vnum proportione, etiamſi ſit nulla pendentia aliorum ab vno. *Zab. lib. de naturalis ſcientiæ conſt. c. 10.*

IX. Analogia eſt vel Profana, vel Myſtica.

X. Analogia profana eſt inter res, quæ nullam habent relationem ad ſacrum vſum.

Sic

Sic in illis Vergilii versibus, quos habet Eclog. 5.

Tale tuum nobis carmen diuine Poeta
Quale sopor fessis in gramine.

Carmen & sopor sunt res analogæ: vt enim se sopor habet ad fessum. Ita se carmen habet ad auditorem. At sopor est maxime gratus: Ergo & carmen auditori gratum maxime est.

XI. Analogia mystica est inter res, quarum vna repræsentat rem aliquam sacram.

Consectarium definitionis.

Itaque est inter Typum & Antitypon.

CANONES.

I.

Analogia mystica pendet ex sola institutione & declaratione Dei.

CONSECTARIVM.

Itaque extra verbum Dei nec fingi nec explicari debet.

Caluinistæ ergo longe errant, dum analogiam inter fractionem Dominici panis & passionem Christi fingunt, atque eam præter & contra Scripturam e suo cerebro declarãt: quia ne vnico verbo eiusmodi analogia Caluiniana in institutione exprimitur.

II.

Analogiæ mysticæ cognitio præsupponit rerum, inter quas ea analogia est, cognitionem debitam.

Quia nulla analogia perfecte intelligi potest, nisi rerum, inter quas analogia est, naturam & qualitates, quibus tanquam in vno tertio conueniunt, perspectas quis habuerit. Tu igitur, qui fingis analogiam inter fractionẽ panis Eucharistici & passionem Christi, vide prius, num de pane Eucharistico alias recte sentias: Et deinceps proba id, quod velis; tum eo attentius te auscultabimus.

III.

Nulla analogia affert rebus necessitatem.

Licet itaque ipsi Caluiniani euicturi essent analogiam quandam esse inter panis Eucharistici fractionem & passionem Christi, tamen inde nunquam confirmabunt, panem eucharisticum frangendum esse necessario in sacra Cœna Frustra itaque hactenus dimicauerunt pro astruenda analogia ad stabiliendam necessitatem fractionis panis Eucharistici in medio Cœnæ vsu adhibendæ.

CAPVT VIII.

De Ordine.

SECTIO I.

FVit Identitas: progredior ad Ordinem.

II. Ordo est entium distinctorũ ex dispositione p̃ prius & posterius facta cõuenientia: seu Ordo est digestio rerum, quæ suo quæq; loco collectæ sunt. *Flac. lib.1.cap.2.Dial.*

CANONES.

I.

Quæcunque certo continentur ordine, ab alio necesse est esse disposita. *Taur.de rer.ætern.p.40.*

Itaque mundi partes, cœlum scilicet & omnia elementa, ab alio ita erunt disposita: quia inter se ordinatæ sunt.

II

In omni ordine datur distinctio: at non in omni distinctione datur ordo. *Fonseca 5. met.1.quæst.3.s.3.*

Prius per se patet: Posterius vero inde verum est, quia in relatis, qua relata sunt, distinctio habetur: pater enim non est filius. Sed nõ habetur ordo: natura enim simul sunt, & cognoscuntur.

III.

Ordo rebus ipsis posterior, quibus prior est Deus. *Tau.de mundo.p.177.*

ſubſtantia, corpus, animal & homo eodem continentur prædicamento.

XIII. Ordo didaſcalicus eſt, quem præcepta diſciplinarum tribuunt, ſeu quo ea, quæ in diſciplinis traduntur, vinciuntur, atque in locis debitis ſecundum Prius & Poſterius collocantur.

XIV. Ordo didaſcalicus eſt vel Syntheticus, vel analyticus.

XV. Ordo ſyntheticus eſt, quo ſcientiarum præcepta inter ſe diſponuntur.

XVI. Ordo analyticus eſt, quo diſciplinarum operatricium præcepta inter ſe diſponuntur. Et quomodo hoc fieri debeat, concinne docetur in logicis.

XVII. Inartificialis eſt, qui neq; ad prædicamentalem, neque ad didaſcalicum referri poteſt, & tamen propter cognitionem noſtram cum aliquo adiecto modo aſſumitur.

Hic Poetis familiaris eſt, qui nudam rei cognitionem non reſpiciunt, ſed eo meditantur, vt ordinem ſenſui magis, quam rationi conuenientem cudant, quo lectores inter legendum aliquid delectamenti reportent.

(o)

SECT. II. *De Ordinato.*

I. Porro per ordinem ens est ordinatum: diciturque alias *Systema*.

II Systema est ordinata pluriū rerum Cōpages.

III. Systema est vel Naturale vel Arbitrarium.

IV. Systema naturale est, cuius partes naturæ vi inter se dispositæ sunt. vt *corpus humanum*.

Huius enim membra per naturam ita ordinata sunt.

V. Systema arbitrariū est vel Diuinū vel Human.

VI. Systema diuinum est, quod admirabili Dei potentia immediate ordinatum est.

VII. Eiusmodi systemata sunt *Cœlum beatorum, mundus & infernus.*

VIII. Cœlū beatorū est mansio, in qua sanctissimā vitā degentes Deum de facie ad faciē vidēt.

IX. *(a)* Mundus est systema amplissimum, *(b)* animatum, & cœlo & elementis constans, a Deo in vsum humani generis propagandi in tempore conditum.

a Mundi vocabulum est ambiguum: Sumitur enim vel Proprie, vel Improprie. Proprie, 1. adiectiue pro puro. 2. Substantiue pro ornatu muliebri. 3. Pro machina & opificio Cœli & terræ, vt *in hoc loco*. Improprie. 1. Pro certo genere creaturarū, præsertim pro toto genere humano. vt Io. 3. Cū Deus dicitur *dilexisse mundum*. 2. Pro improbis omnib. in hoc mundo 3. Pro ipsa improbitate. *b* Animatum esse mundum statuunt celeberrimi & acutissimi Philosophi Zoroaster, Hermes, Orpheus, Pythagoras, Plato & alii. Verum mundus ideo dicitur animatus. (non quasi haberet animū vel vegetantem, vel sentientem, vel rationalem, sed) quia in eo est essentia subtilissima, qua vniuersa, quæ in mundo sunt, inter se conspirant & cohærent. Hæcq; dicitur veris Philosophis anima. Hæc dat vitam viuentibus, sensum sentientibus, simulq; conseruat.

Et quo propius entia in ea anima inter se conueniunt, eo melius inter se conseruantur. alias etiam solet dici quinta essentia.

x. Infernus est domicilium malorum spirituum & improborum hominũ ex hac vita emigrãtiũ.

x. I. Systema arbitrarium Humanum est vel Liberale vel Illiberale.

x I I. Systema liberale est literis aliquid designantibus ordinate constructum.

XIII. Hocque est vel prædicamentum, vel Disciplina, vel Oratio.

x I v. Prædicamentum est systema, in quo res secundum genus & species inter se ordinantur.

xv. (*a*) Disciplina est systema (*b*) præceptis homogeneis ordine certo, (in quo clariora præcedunt, minus clara sequuntur) dispositis constans.

(*a*) Vocatur etiã ars: Et ita ars definitur a Luciano σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον: Sed longe ita ars differt ab arte, quæ habitũ ad faciendũ in mẽte significat: siquidẽ illa (quatenus pro disciplina acceptatur) est signũ artis & sciẽtiæ, in mẽte proponẽs viam, qua artẽ & scientiã probe & facile queamus addiscere; Hæc vero, quæ habitus est ad faciendũ, non proponit, quomodo ipsam addiscere debeamus, sed quomõ artificiose operari valeãus.

(*b*) Præceptũ græcis dicitur θεώρημα. Sic. n. Cic. *in lib. de fato, præcepta*, inquit, appello, quæ Græci θεωρήματα. præceptum vero est enuntiatum vniuersale ad disciplinam necessario requisitum.

C A-

ſententiis ordinate diſpoſitis conſtans.
xx. Eſtque vel Proſa vel Ligata.
xxi. Oratio proſa eſt, quæ ligatura poetica potiſſimum deſtituitur.
xxii. Eſtque vel Syllogiſmus, vel Declamatio.
xxiii. Syllogiſmus eſt oratio pluribus enuntiatis, quorum vnum ex altero infertur, conſtituta, vt *homo eſt*: Ergo *animal eſt*.
xxiv Declamatio eſt oratio, quæ Rhetoribus coram populo differentibus familiaris, diciturque vt plurimum cõſtare e ſex partibus, *Exordio, narratione, propoſitione; confirmatione, confutatione & peroratione*.
xxv. Oratio ligata alias appellatur Poema.
xxvi. Hucuſque fuit liberale ſyſtema.

Syſtema illiberale eſt opus mechanicum ex diuerſiſſimis partibus ordinate connexis conſutum. Tale ſyſtema eſt, *Calceus, Domus, Veſtis*.

CAPVT IX.

De Toto & Parte.

L

SECTIO I.

I. Exposuimus consensionem primariam: Secundaria sequitur, quæ est 1. inter totum & partem: 2. inter signum & signatum.

II. Totum est, quod habet partes.

Totum est vocabulum ambiguum. 1. Dicitur totum *Perfectionis*: quod ὅλως ὅλον, *totaliter* totum appellant, ideo, quia est ἀδιαίρετον, & partes nullas habet. Sic Deus dicitur totum. 2. Quoddam totum dicitur in multitudine, vt cum dico: *Omne animal.* 3. Quoddam totum in loco, vt. *Vbique* 4. Quoddam totum in tempore, vt. *Semper.* 5. Quoddam totum in modo: ita appellatur res absolute & sine limitatione considerata. vt si dicas: *Homo & non talis Homo.* hoc est, *Sapiens, pius, eruditus* &c. Vide Commentatorem in *Petr. Hispan. tractat. 5. fol. 207. fac. b. & Keckermannum lib. 1. system. log. cap. 22.*

CANONES.

I.

Nullum totum est pars ipsa.

Sunt enim relate opposita, totum & pars. *Schegk. Comment. in 87. loc. libr. 6. topicor. pag. 1039.*

II.

Toti tribuendum est id, quod o-

mnium est partium. *Taur. contra Casal. lib. 3. q. 1. s. 16. p. 211.* vt &c.

Quod alicui rei secundum plures partes inest, toti inesse negari non potest, *Keg. lib. de natura logic. probl. 3.*

II. Econtra absurdissimum est, toti tribui, quod nullius est partis. *Tau. con. tra Casalp p. 211.*

Errant ergo Caluiniani, qui negant tropũ esse in singulis orationis huius verbis: Hoc est corpus meum: in ipsa tamen tota oratione tropum esse asseuerant.

III.

Non quidquid totius est, et partis est, i pōt aliquid conuenire toti, ꝙ partibus non conuenit. *Gocl prod. lex. Philosoph. c. 164. Keckerm. in systèm. log.* Sic homo moritur: anima vero eius non moritur.

Inde Taurell. *contra Cæs.* loco paulo ante dicto *Vt toti quippiam ascribitur, quod partium non est, sc. τὸ διαλύεσθαι; Sic etiam partibus quippiam proprie conuenit, quod totius non est.*

IV.

Omne totum debet æstimari & mensurari ex partib. *Per. lib. 10. c. 9.*

V.

Omne totũ est maius sua parte. *Scal. lib. 3. poet. c. 1.*

VI.

Totum prius & posterius est partibus.

Prius. 1. Ratione cognitionis: distinctæ, quando est genus: Confusæ, quando est integrum & essentiale totum constans ex materia & forma. 2. Ratione ordinis: præcedit enim in probe constitutis disciplinis: Posterius ratione compositionis: sed neque prius, neque posterius ratione relationis.

III. Totum est vel Proprie dictum, vel Improprie dictum.

IV. Totum proprie dictum est vel Vniuersale, vel Essentiale, vel Integrale.

V. Totum vniuersale est genus, ratione suarum specierum.

Sic animal est totum respectu hominis & bestiæ.

VI. Essentiale est, quod partibus essentialibus constituitur.

Quæ sunt genus & differentia, materia & forma.

CANONES.

I.

Quod diuisibile non est, totum integrale esse nequit.

II.

Totum integrale non est Simplex.

Nullum

Nullum enim simplex potest diuidi in partes integrantes & quantitatiuas. *Commentator in Pet. Hisp. tractat. 1 fol. 14. fac. b.*

IIX. Totum integrale vel Homogeneum, vel Heterogeneum.

IX. Totum homogeneum est, cuius partes sunt eiusdem prorsus naturæ inter se.

CANONES

I.

Absurdum est in eodem corpore homogeneo duas esse facultates aduersas. *Goclenius in prod. lex. Philosoph. Can. 135.* Id est, se mutuo destruentes.

II.

Totum homogeneum idem nomen habet cum singulis suis partibus.

Id est, quælibet pars suscipit prædicationem totius in recto. *Commentator in tractat. 5. Copul. Petri Hispan. fol. 205.* Vnde a scholasticis partes totius homogenei subiectiue appellari solent, non quod sint species totius homogenei, sed quod habeant quandam analogiam cum speciebus. Quemadmodum enim nomen generis in casu recto tribuitur singulis speciebus: ita singulis partib. homogeneis tribuitur in casu recto nomen sui totius.

x. Totum heterogeneum est, quod est naturæ diuersæ, in suis partibus. *Pet. Hispan. d. l.*

xi. Improprie dictum totum est.

1. Caussa efficiens ratione multorum effectuum. 2. Effectus ratione caussarum multarum, internarum & externarum simul. 3. Subiectum ratione multorum accidentium. & 4. Accidens ratione multorum subiectorum.

SECTIO I.

De Parte.

i. Pars est, quæ habetur a toto.

ii. Pars est vel Proprie dicta, vel Improprie dicta.

iii. Pars proprie dicta est, quæ habetur a toto proprie dicto.

CANONES.

I.

Totius pars vna propter aliam esse potest. *Taur. de mundo lib. 1. p. 91.*

II.

Partes inter se dissentiunt, cum toto vero consentiunt. *Aristot. 4. Phys. c. 3. t. 23. & 6. topic. cap. 6. Nyphus. 4. Metaph. quæst. 19. Auicenna 13. Metaph. cap. 2. Tol.*

Tol. lib. 1. *Physic.c.2. t.* 19, *Per.7.lib.* 67. *c.* 20. *Picolom. de rerum def. pa.288. Coll. Con.* 1. *Phys. c.* 2 *q.1. art.2.*

III.

Partes a toto suo differunt etiam simul sumtæ *Keckerm*.

Ratione scilicet, non realiter. Dicimus enim, inquit Scaliger exerc. 307. sect. vltim. *Partes esse in toto: Et neque intus neque foris sunt, neque continent, neque continentur, sed sunt cum illo idem.*

IV. Pars proprie dicta est vel Subiecta, vel Compositiua.

V. Subiectiua est, quæ toti vniuersali subiicitur tanquam angustius latiori, & est species respectu generis.

Sic *Homo est pars animalis.*

V. Composita est, quæ totũ componit.

CANONES.

I.

Quod est partis, qua pars est, id etiam totius est secundum illam partem. *Keckerm.* Sic *anima intelligit*: Ergo *& homo*, quia animam intellectiuam habet.

Vnde Tau. contra Cælalp. p. 490. *Si quid vnius alicuius sit partis, non omnium, hoc toti quidem tribuitur, at non primo, non omnino, sed ex parte, non per se, sed per accidens.*

II.

Pars non accidit toti. *Taurell. lib. 2. de Cœlo. p. 552.*

Quia id ſolum, quod conſtituit, meretur nomen partis. *Riolanus Phyſiol. ſect. 5. ſect. 1.* Obiicis, *pilos & vngues eſſe partes animalis, & tamen ei, vt toti accidere.*

Reſp. Phyſici dicunt, partes eſſe trium generum: quaſdam neceſſitatis, vt *Cor. Hepar, Pulmonem, Ventriculum*: alias Commoditatis, vt *teſtes & oculos 3.* Alias eſſe partes ad ornatum datas, vt *Comam & Barbam*. De partibus neceſſitatis & commoditatis Canon eſt intelligendus. Ea enim quæ ornatus cauſſa tandem adueniũt, proprie partes dici nequeunt, quia rei iam conſtitutæ adueniunt. Vnde pili & vngues, quæ nominantur partes ornatus ergo datæ, a Galeno non ſimpliciter, ſed cum adiuncto partes poſt genitæ appellantur.

III.

Quidquid eſt pars partis totalis, eſt quoq; pars totius propter illã partẽ.

Sic digitus eſt pars hominis, quia manus pars eſt.

IV.

Quidquid toti ineſt, & parti eiuſdem totius poſtea ſeorſim exſiſtẽti amplius inhæret, toti primo & immediate ineſſe nequit. Sic

Sic cicatrix quia corpori hominis a morte inhęret, homini ipsi immediate inesse nequit.

VI. Pars Compositiua est vel Essentialis, vel Integralis.

VII. Pars essentialis est, qua constituitur totum essentiale.

IIX. Pars integralis est, qua constituitur totum integrale. Vocatur alias *membrum*.

IX. Pars integralis est vel Homogenea vel Heterogenea.

X. Homogenea est, quæ eiusdem naturæ cum toto est.

Vt gutta aquæ.

XI. Heterogenea est, quæ est diuersæ naturæ a toto. &c.

Sit Cor, epar, pulmo sunt partes animaliũ.

CANONES

I.

Dissimilium partium propria non sunt eadem. *Schegk. Comm. in 77. loc. lib. 5. top. p. 725.*

Vt Caput, quot partes habet dissimiles, totidem sunt etiam differentiæ propriorum, cũ alia sint cerebri propria, alia spiritus vitalis & animalis, alia propagatorum ex ipso neruorum: item membranarum, venarum, cranei,

cutis, quorum de vsu partium libris Galenus proprietates exposuit.

II.

Partes heterogeneæ inter se habent alia, atque alia nomina, & totius nomine non appellantur.

Vt. *Vena, arteria, Caro, cutis.*

XII. Pars heterogenea est vel Principalis, vel Minus principalis.

XIII. Principalis est, sine qua totum esse non potest. *Comm. in tract. 5. Copul. Pet. Hisp. p. 206.*

• Non ergo φιλοσόφως agunt ii, qui fractionem panis Eucharistici partem Cœnæ Dominicæ principalem appellant, & tamen Cœnam veram apud eos, qui sine fractione Cœnam administrant, remanere asseuerant.

XIV. Minus principalis pars est, quæ abesse potest sine totius interitu. *Keck. lib. 1. syst. log. c. 22.*

Idque patet inde, quia illa pars solum de bene esse totius est. *Commentator in Pet. Hisp. d. l.*

XV. Pars improprie dicta est, quæ refertur ad totum improprie dictum.

CAP.

CAPVT X.

De Signo & Signato.

SECTIO I.

De Signo in genere.

I. Signum est, quod signatum ostendit.

CANON.

Signum in sensus incurrit, vel sensuum beneficio collectũ est, vt aliquid in animo significet.

II. Signum est vel Naturale, vel Arbitrarium.

III. Signum naturale est, quod ex naturæ ordinatione habet vim significandi aliquid.

Ideoque apud gentes idem significat.

IV. Signum naturale est vel Internum vel Externum.

V. Signum internũ est vel Phantasma, vel Poema.

SECTIO II.

De Notione.

I. Phantasma est signũ rei sensilis phãtasiæ obiectũ: ideoq; est species vniuscuiusq; rei in sensum incurrentis.

II. Noema latinis dicitur *notio*: No-

tiones ſunt rerum ſigna in intellectibus per ſpecies cognoſcentibus. *Scal. ex. 86. ſ 4. & lib. 3. poet. c. 30.*

Notio ſolet vocari & *intentio*, quæ eſt imago, aut ſimilitudo rei, qua intellectus tendit ad rem. *Pet. Hiſp. tract. 1. fol. 8.* Quare recte ait Scal. cap. 66. lib. 3. de c. l. l. *imagines rerum eſſe notiones intellectuum.*

CANONES

I.

Fieri non poteſt, vt concipiatur aliquid abſque iis, quę includuntur in formali eius conceptu. *Ariſt. 7. Met. Go. l. in aduerſ. q. 65 p. 289.*

II.

Eiuſdem rei diuerſæ eſſe poſſunt notiones. *Scal. ex. 307. ſ. 15.*

Sic vna res eſt, anima, intellectus, volũtas: diuerſimode tamen concipiuntur. Anima enim eſſentiam dicit. Intellectus ea eſt ipſa eſſentia, vt apprehendit. Voluntas eſt idem, quod illa eſſentia intelligens, atque extendens ſeſe ad illam rem cognitam potiundam.

III. Notio eſt vel Prima vel Secunda.

IV. Notio prima eſt, quæ intellectui oſtẽdit rem immediate, vt eſt, extra animum. Vt *animal, homo.*

V. Notio ſecunda eſt, quæ intellectui oſten-

ostendit rem mediante notione prima. Vt *genus, species, &c.*

Id quod fit hac ratione. Quando intelle-ctus rerum species per sensus concepit, tum eas species inter se confert, pro suo placito secundum clariorem intelligendi modũ (qui alias in ipsa notione per se non exsistit) afficit, disponit, & eo deducit, vt commodius, facilius, atque dilucidius apprehendantur, vnde nouæ resultant species, quæ *notiones secundæ* appellantur. Sic dum homo intelligit ipsum vniuersale per se, notione prima intelligit: dum vero ipsum vniuersale, quatenus in eo fingit intellectus clarioris cognitionis ergo aliquid superioritatis & inferioritatis, considerat, nouæ gignuntur notiones, quæ sunt genus & species. Vnde notiones secundæ dicuntur opera & figmenta animi nostri. *Zab. lib.1. de nat. log. c 3.*

CANONES.

I.

Notio prima & secunda non differunt.

Quicquid enim intellectui repræsentat notio prima, idem quoque notio secunda, hoc tamen discrimine, quod notioni secundæ intellectus addat insuper claritatem maiorem, qua id, quod antea non ita perspicue apprehendebatur, magis perspicue & dilucide intellectui repræsentatur.

II.

Species in intellectu sine notabili intellectus operatione notio secunda non est. Quapropter dilucidiorẽ apprehensionem intellectus notioni alii aliquid affingit exsistens.

Intellectus enim receptam speciem illuminatione sua vlterius promouet, atque ita gignit notionem aliam, *quæ notio secunda* est, & dicitur: ac proinde in notionis secundæ confirmatione necessario requiritur operatio intellectus notabilis.

CONSECTARIVM.

Quando itaque alicui aliquid competit sine operatione intellectus, illud nec notio secunda, nec vox notionis secunda erit.

Itaque caussa, effectum, subiectum, adiunctum, consensio, dissensio, similitudo, dissimilitudo, paritas & imparitas &c. non erunt notiones secundæ, sed primæ, cum rebus tribuantur per se remota omni connotatione perspicuitatis ab intellectu excogitata. Delirant ergo maxime ii Ramei, qui non res ipsas in logico agro, sed tantum notiones secundas tractari velint, & tamen caussam, effectum, &c. logicæ arti inserunt: quasi caussa & effectum, subiectũ & adiunctũ, non sit res.

SECT.

SECTIO III.

De Typo.

I. Externum signum est, quod aliquid cognoscenti exterius significat.

CANON.

Huiusmodi signum est effectus Proprius vel Accidens, vires & actiones rerum ostendens.

II. Sic fuit naturale signum: arbitrariū est, quo signatum ostenditur ex instituto.

III. Signum arbitrarium est vel Reale, vel Verbale.

IV. Signum reale est, quod in rebus fundatur.

Sic iris est signū nunquam futuri diluuii.

V. Signum reale est vel Simplex vel Analogicum.

VI. Signum simplex est, quod nullam analogiam cum signato obtinet. Sic hędera est signum vini prostantis.

VII. Analogicum signum dicitur *typus*.

VIII. Typus est signum, quo ostenditur *antitypum*.

IX. Typus eſt vel Profanus vel Myſticus.

X. Typus profanus eſt, quo repræſentatur per certam analogiam antitypon rem ſecularem repræſentans. Sic Iacob & Eſau fuere typi duarum gentiũ, quarum vna alteri ſubiecta eſſe debuit.

XI. Typus myſticus eſt; quo per certam analogiam repræſentatur antitypon ad rem ſacram relatum.

Sic Agnus paſchalis fuit typus Chriſti.

CANON.

Nullius typi myſtici certitudo haberi poteſt, niſi ex reuelatione Dei, & ex antitypi apparitione.

Vnde etiam ea, quæ viſionibus in Apocalypſi Ioannis Deus ſignificat, vel omnino neſcimus, vel magna cum difficultate e rebus præteritis, eruimus.

SECTIO IV.

De Dictione, eiuſque affectionibus.

I. Signum verbale eſt, quod in ſermone fundatur.

II. Eſtque Incomplexum vel Complexum.

III. Signum incomplexum eſt Dictio.

IV. Di-

IV. Dictio est, qua notio mentis incomplexa significatur.

Notio mentis incomplexa est species rei alicuius absque dispositione, qua cum aliqua specie disponi potest, considerata.

Itaque notio eiusmodi est species rei simplicis, vt leonis in intellectu. *Dictio est*, inquit Scal. lib. 3. de c. l. l. c. 66. *nota vnius speciei, quæ est in animo, indita ei rei, cuius est species, secundũ vocem, pro arbitratu eius, qui primo indidit.*

V. Hic 1. Dictionis seu vocis affectiones declarandæ sunt, & deinceps eius species explicandæ.

VI. Affectiones vocis. 1. *certitudo & ambiguitas 2. Perspicuitas & obscuritas, & 3. proprietas & tropus.*

VII. Hasce ordine euoluemus.

VIII. 1. Certitudo est, qua vox unam certam significationem in vsu probato obtinet: qualis vox est homo.

IX. Ambiguitas vocis est, qua vox plures in vsu pbato significationes obtinet.

Vt *Gallus*, quæ vox significat & alitem domesticum & hominem in Gallia.

X. 2. Perspicuitas vocis est, qua vocis significatio liquido & facile intellectui est nota.

XI. Obſcuritas vocis eſt, qua vocis ſignificatio genuina difficulter intellectui patet, vel penitus ignota eſt.

CANON.

Inſolentes voces, quæ (a) archaiſmū & (b) καινοφωνίαν ſapiunt, habentur obſcuræ.

(a) Archaiſmus eſt priſcorum imitatio in ſermone ab vſu longe remoto.

Et qui voces caſcas & abuſu remotas curioſe & de induſtria cōſectantur, nō ſunt laudandi, dum inuſitatis terminis intellectum inuoluunt obſcuritate, & volunt videri imitatores veterum, quorum mores potius, quā loquendi genus abolitum imitari debuiſſent, iuxta illud Gell. *Vtere verbis præſentibus & moribus præteritis.* Nolo tamen, vt quiſquam exiſtimet, me improbare antiquitatis nondum exoletæ ſtudioſos peritoſque: Horum enim ſermonem iucunda, rediuiuaque interdum antiquitate veluti diſtinctū eſſe merito cum doctis iudico.

(b.) καινοφωνία eſt nouarum vocum præter neceſſitat um fictio.

SECTIO V.

De Vocis Proprietate & Tropo.

I. 4. Proprietas vocis eſt, qua vox in natiua ſignificatione vſurpatur.

II. Tro-

II. Tropus est, quo vox a natiua sua significatione in alienam transmutatur.

Tropus dicitur a græco verbo τρέπω, quod est, *verto*, quia per tropum vox a sua propria significatione in alienam vertitur. Talæus tropi genus facit elocutionem: sed male. Effectum enim non est genus suæ caussæ. Atqui elocutio est effectum tropi, quippe quæ per tropos tanquam per medium acquiritur. Ergo *elocutio non est genus tropi*.

Non nescio, multos ex iis, qui hoc meum systema Metaphysicũ sint lecturi, in me inuectum iri, atque me confusionis accusaturos esse, quod troporũ doctrinam Metaphysico huic libello immittam, inseram. & hic explicem, cum hactenus consuetum fuerit tropos in Rhetoricis systematibus enodare & definire, vt quos Rhetorica primo sibi vendicet: Verũ rogatos eos volo, vt mature iudicent, & me nõ, re nõ intellecta cõdemnent: optime enim scio, scientiarum & artium terminos nõ esse inter se commiscendos: item ea, quæ in Rhetoricis *libris primo* tractantur & definiũtur, in alio libro non esse simili modo definienda & declaranda: Verum troporum vsus cum sit in diuersis artibus, tropus in nulla earum artium primo definietur, & docebitur. Illud enim cuius vsus est in diuersis artibus, non potest primo & absolute sine vlla limitatione in vna earum artium exponi & definiri

nisi eius artis, in qua docetur, beneficio effectum fuerit. Sic quia in lignum operantur non solum scriniarii, sed etiam sculptores, architecti, certissime nobis constat, nec in scriniariorum, nec sculptorum, nec architectorum artibus lignum primo tractandum & definiendum esse. Vnde quoq; scimus, caussarũ doctrinam, cum earum vsus & in Rhetoricis & Dialecticis appareat, nec in Dialectica, nec in Rhetorica arte primo & absolute sine vlla limitatione docendam & definiendam esse: sed limitate potius in Dialectica quidem, quatenus caussæ faciunt ad bene disserendum, in Rhetorica vero quatenus inseruiunt persuasioni artificiosæ in bene dicendo consistenti.

Si itaq; in nulla arte, quæ vtitur tropis, tropi primo definiri debent, necessario sequitur, ne Rhetoricam in explicandis tropis primo versari. Præterea troporum vsum non solum Rhetorica & Poetica, sed etiam vulgaris dicẽdi consuetudo sibi vendicat: Itaq; tropi patet etiam extra Rhetoricæ vsum, adhibenturque ab iis, qui artificium Rhetoricum nesciunt: Non ergo troporum doctrina in Rhetorica arte, cuius finis est bene dicendo persuadere, primo definienda erit. Accedit, quod tropi in Rhetorica non absolute proponi possint, sed tantum limitate, quatenus scilicet requiruntur ad bene dicendum. Itaq; non primo troporũ doctrinã Rhetorica exponit: Vnde Aristo-

Aristoteles in suis libris Rhetoricis tropos nō definiuit, sed tantum eos eatenus docuit, quatenus ipsorū vsus in orationibus permittere voluit. Quæ cum ita sint, nemo mihi vertet vitio, q̄ ego tropos ad metaphysicam referā, (quippe quæ cōmunissima est, communiores'q; terminos, qui non solū in inferioribus disciplinis, sed etiam apud vulgus in vsu habentur, recenset, definit, & declarat, imo cuique disciplinæ certum definitumque subiectum præscribit, *Gocl. cont. q. 1. in c. 1. Dial.* Subiectarum enim scientiarum distinctio e distributione generum entis ortū ducūt: (τέμνεται γὰρ ἡ ἐπιςήμη ὡς τὰ πράγματα *Arist. 3. de anima t. 38.*) Præsertim quia id facio non sine fundamento: in quacunque enim scientia subiectum docetur, in eadem eiusdem subiecti affectiones ꝓponūtur: Atqui in metaphysica subiectum, tropi nimirum ipsa vox docetur: Ergo & in metaphysica vocis affectiones necessario doceri debent. Vocis vero affectio est tropus: id quod negari non potest. Quod vero hactenus tropus in metaphysicis non solitus est explicari, duabus de caussis id factū est. 1. Quia hucusq; perfectissimum systema Metaphysicū luci nondum prostitutum fuit, & 2. Quia frequentissimus troporum vsus apparuit in orationibus Rhetoricis, ac proinde doctrina troporum ab eloquentiæ studiosis ad artem Rhetoricam relata est.

CANONES

I.

Tropus non est in tota pronuntiatione.

Id est, omnibus enuntiationis partibus proprie sine tropo intellectis, enuntiationi tropus inesse nequit. Si enim in tota enuntiatione tropus esset, tota enuntiatio immutaretur in alienam significationem, aliisque verbis efferri posset. At nunquam potest dari eiusmodi enuntiatio: Ergo *in tota aliqua enuntiatione tropus esse nequit.* Præterea absurdissimum est toti tribui, quod nullius est partis. *Tau.contra Cæsalp.p.211.prob.3.* Itaque etiam tropus inesse nequit pronuntiationi, si omnes eius partes destituantur tropo. Quare Caluiniani nonnulli longe errant, qui in his verbis institutionis: *Hoc est corpus meũ:* tropum affingunt toti enuntiationi, dum tamen negant, in extremis eius enuntiati terminis tropum esse.

II.

Tropus nullus esse potest in copula, est.

1. Quia copulam oportet esse certissimã: Simpliciores notæ, inquit Scal. *lib.dec.l.l.c.73.* quæ vincula sunt orationis, non magis possint mutari quam vinctio ipsa in rebus. 2. Quia ad nullam tropi speciem eiusmodi tropus reduci potest. & 3. Quia nullum exemplum

plum adduci poteſt, in quo copula admittat tropum.

III. Tropus eſt. 1. *Metonymia* 2. *Metaphora*, 3. *Synecdoche*, 4. *Ironia*, & 5. *Antonomaſia*.

IV. Et vt diſtinctius hoſce tropos proponamus, in certis articulis eos explicabimus. & ſit

ARTICVLVS I.

De Metonymia.

I. Metonymia eſt tropus, in quo vicinum nomen pro vicino ſumitur.

Vocatur enim ὑπαλλαγή: in Rhetorica ad Herennium *denominatio*: alias *tranſmutatio* nominis.

II. Metonymia fit octo modis.

III. 1. Cũ efficiens ponitur pro effectu.

Vt: *Hic melior remis*: id eſt, velocitate, quæ per remos fit.

IV. 2. Inuentor pro re inuenta.

Vt. *Cererem corruptam vndis expediunt*, Æneid. 1. pro, frumentũm, quod Ceres inuenit. Hoc modo Platonem, Ariſtotelem, Demoſthenem frequenter pro eorũ ſcriptis ponimus. Cicero *lectitaſſe Platonem ſtudioſe, audiuiſſe etiam Demoſthenem* dicitur.

V. 3. Materia pro materiato.

Vt *ferrum* pro gladio, *aes & aurum* pro nũmis æneis & aureis. Horat.

Non domus & fundus, non æris aceruus & auri,
Ægroto Domini deducit corpore febres.

VI. 4. Effectum pro caussa efficiente.

Vt *bellum veniet, id est, hostes.* Huc pertinet Emphasis, cum fixum pro mobili ponitur, vt. *Scelus* pro *Scelesto*, *impietas* pro impio.

VII. 5. Materiati pro materia.

Vt: *Aaron ex inauribus aureis* fecit *vitulũ populum*, id est, ex auro. *Exodi 32.*

IIX. 6. Continens pro contento.

Vt: *Fundit pateram* pro eo, quod in patera erat: Est vero hæc Metonymia longe frequentissima, cum locus pro ipsis incolis vsurpatur. Æne. 2.

Inuadunt vrbem somno, vinoque sepultam.
Id est, Troianos dormientes & ebrios.

IX. 7. Possessor pro re possessa. vt Virg. Æn. 2.

Iam proximus ardet. ——
Vcalegon, id est, Vcalegontis Domus.

Sic hominem deuorari dicimus, cuius patrimonium consumitur. Huc refertur & illa metonymia, qua ex duce exercitus significatur, vt, *ab Anibale apud Cannas cæsa sexaginta millia* dicimus. Id est ab eius copiis.

X. 8. Signum pro signato.

Vt. *Sceptrum* pro *regno*, *fasces* pro *imperio consulari.*

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Ibi

Ibi toga pro pace, *Laurea*, pro *Triumpho*: Toga enim pacis insigne, sicut laurea triumphi.

ANNOTATIO.

Caluiniani quidam asseuerant, in hac enuntiatione. *(Panis est corpus Christi*: Seu *Hoc est corpus meum)* corpus poni pro signo corporis per metonymiam. Verũ. 1. Ad nullum ex octo iam recensitis modis reduci potest: Ergo corpus pro signo corporis positum nõ erit metonymia. 2. Si corpus poneretur pro signo corporis in hac enuntiatione *(Panis est corpus Christi)* enuntiatio ista esset identica: cum panis ex Caluinianorum sententia sit istud signum: diceturque, *Panis est panis*. Respondent Caluiniani, corpus poni, non pro re, quæ dicatur corporis signum, sed pro vocibus illis: Signum corporis. Regero vicissim. 1. Inusitatum esse in schola philosophica terminum absolutum pro termino generali relatiuo per tropum aliquem collocari; ac proinde corpus non posse poni pro voce illa generali relationem importante, signo videlicet. 2. In scriptura corpus Christi nusquam exponi pro signo corporis, sed vel pro corpore vero & naturali ipsius, vel pro corpore mystico, idest, ecclesia: sed quando ita mystice exponitur, Scripturam illud statim explicare vt Coloss. 1. Adimpleo quæ desunt passionibus Christi, pro corpore eius, quod est

Ecclesia. 3. Nullibi in sacris literis, quando docent articulos fidei, esse fingendos tropos extra scripturã: sed in dictis, quæ ad fidei articulos docendos in S. Scriptura adhibentur, tum esse tropum quærendum, quando ipsæ sacræ literę cum tropum quodã modo ostendunt. Verum enim vero demonstrent mihi Caluiniani locum in vniuersa sacra Scriptura vel vnicum, in quo talis tropi Caluiniana expositio subinnuatur: Tacebo, quod ipsis incumbat probare in verbis institutionis vel iis, quæ similiter de Cœna Domini docent. eiusmodi Cinglanã tropi expositionẽ quodammodo ostendi: cum vniuscuiusque articuli interpretatio ex propria Scripturæ sede sit desumenda.

ARTIC. II.

De Metaphora.

Metaphora dicitur a μεταφέρω, q. est *trãsfero*. Metaphora vero est ambigua: Primò enim accipitur pro tropo in genere, vt in illo Aristotelis 6. Top. 2. dicto, πᾶν ἀσαφὲς τὸ κατὰ μεταφορὰν λεγόμενον. 2. Pro tropo speciali, qua vox a sua significatione propter similitudinem rerum significatarum immutatur. (CANON.)

Similitudo in metaphora est conuenientissima, quæ non est nimis remota, sed admota ad sensum.

ὐ πόῤῥω -

ὑπὸ ῥόρρωθεν μεταφέρειν δεῖ, ἀλλ' ἀπὸ οἰκείων καὶ φανερῶν. Arist.

II. Sumũtur aũt metaphoræ. 1. a ſenſib. corporis ad animum: a viſu, vt *videre*, pro *intelligere*, ab auditu vt audiro, pro *obtemperare*. Ab olfactu, vt *odorari* pro *indagare*. A guſtu, vt *deuorare*, pro *rem acerbam veluti citra ſenſum perferre*. 2. a bruto ad hominem, vt: *oblatrare pro obtrectare*. Et contra ab homine ad brutum: vt ſi quis *Canem aſſentatorem*, *Leonem ambitioſum*, *Vulpem perfidum* dicat. 3. ab animali ad non animal. *vt vertex montis, iratum mare*: aut contra a non animali ad animal. *vt ambo florentes ætatibus*, apud Virgilium. 4. ab inanimato ad inanimatum. vt ſi quis *orationem fluere dicat*.

ARTIC. III.

De Synecdoche

I. Synecdoche eſt tropus, in quo ex parte totum, aut ex antecedẽtibus cõſequentia aut contra intelliguntur.

II. Synecdoche fit octo modis.

III. 1. Cum membrum ponitur pro integro. Sic *tecta* ponuntur pro ædibus: *Philipp. 2. O tecta miſera, quam diſpari domino, (quanquam quomodo iſte*

Dominus) *sed tamen quam a dispari Domino tenebantur.*

IV. 2. Cum integrum ponitur pro membro. vt in illo Virgilii.

Fontemque ignemque ferebant Aeneid. 12.

V. 4. Cum ex vno plures significantur. vt *Romanus prælio victor*, pro Romanis victoribus.

VI. 5. Cum ex pluribus vnus intelligitur. vt Cicero ad Brutum. *Populo imposuimus & Oratores visi sumus.* Hic Cicero de se tantum loquitur.

VII. 5. Cum genus pro specie vsurpatur. vt pro Marc.

Et certe in armis militum virtus multum iuuat. virtus pro fortitudine.

IIX. 6. Cum species pro genere ponitur. vt Catil. I. *Certe verendum non erat, ne quid, hoc Parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in posteritatem redundaret.*

IX. 7. Cum antecedens pro consequẽte ponitur. vt. *vixit*, pro *mortuus est*.

X. 8. Cum consequens pro antecedẽte collocatur. vt. *Sepultus* pro *mortuus est*.

ARTICVLVS IV.

De Ironia.

I. Ironia est tropus a contrario, ad contrarium. II. Ea

II. Ea aut Pronuntiatione intelligitur, aut rei Natura.

III Genus autem Ironiæ est multiplex pro varietate affectuum.

Fit enim I. laudatione. vt: *Heus bone vir, curasti probe.* 2. admiratione. vt. Ter. Eun. act. 4. sc. 3. *Dii vestram fidem, quanti est sapere? nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.* 3. precatione, deprecatione. vt. Act. 4. sc. 7. *caue sis: nescis, cui maledicas nunc viro.* 4. Contemtu. vt. Andriæ act. 1. sc. 2. *id populus curat*, scilicet. 5. Subsannatione: *qua gestu fit, & risu.* vt Matth. 27. *Aue rex Iudæorum.* 6. Mitigatione, quæ duriora mollit. vt. Andriæ act. 1. scen. *Simoni pistrinum minato Dauus, Bona verba quæso*: Ey ein gut Jahr/ behüt vns Gott. &c. Vide Crus. q. *Rhet. in Rheto. Melancht.*

ART. V.

De Antonomasia.

I. Antonomasia est nominis permutatio, cognomine vtens extraneo. Autor ad Herennium appellat *pronominationem.*

II. Eaque fit vsitate hisce modis.

III. 1. Cum appellatiuum ponitur pro proprio. vt *Poeta pro Homero, Philosophus* pro *Aristotele.*

IV. 2. Gentile pro proprio. vt *Tirynthius* pro *Hercule*: aut pro appellatiuo. vt *Pœnus* pro *infido*.

V. 3. Patronymicum pro proprio. vt *Pelides* pro *Achille*: aut pro gentili. vt *Dardanida* pro *Troiano*.

SECTIO. VI.

De speciebus Vocis vel dictionis.

I. Hucusque fuere affectiones Vocis, species eius supersunt declarandæ.

II. Vox itaque primo est vel Primæ intentionis vel Secundæ.

III. Vox primæ intentionis est, quæ rē significat, prout est. *Zab. c. 3. lib. 1. de natura log.*

IV. Vox secundæ intentionis est, quæ rem significat, prout mente concipitur. *Zab ibid.*

V. Secundo vox est vel Abstracta vel Concreta.

VI. Vox abstracta est, quæ essentiam nudam sine connotatione significat: vt albedo, animalitas.

VII. Concreta est, quæ essentiã cũ alio connotatam significat, vt animal: alb⁹.

SECT. VII. *De Enuntiatione.*

I. Hucusq; fuit signum incomplexũ: com-

Complexum dicitur Enuntiatio.

II. Enuntiatio est oratio, qua notio mẽtis complexa exprimitur & significat.

Notionem complexam voco, in qua notiones duæ vel plures simplices intellectus beneficio inter se disponuntur.

III. Affectiones enuntiationis sunt. *Affirmatio vel negatio. 2. Perspicuitas & obscuritas. 3. Veritas & falsitas, & 4. figura.*

IV. Easque articulatim explicabimus.

ARTICVLVS I.

De Affirmatione & Negatione.

I. Affirmatio est, qua enuntiationis partes inter se consentiẽtes disponuntur, efferuntur & vt. *Homo est animal. Mercurius, Philosophorum est semen.*

Vnde enuntiatio dicitur *Affirmata* seu *Affirmans.*

Consectarium Definitionis.

Itaque affirmatio recte dici potest consensionis simplicium notionum in enuntiatione signum.

CANON.

Affirmatio est (a) Prior negatione. *Scal.*

exerc.1.sect.2.& exerc.315.& lib.2.de plant.pag. 382.ex Arist.

(a) Est prior, 1. Cognitione, quia affirmatio est principium, quo ducimur in cognitionem negationis. *Duns meus li.1.q.23.post.p. 401.* non contra affirmatio noscitur per negationem. 2. Ordine, quia affirmatio significat esse: negatio nō esse. At esse semper ordine prius est ipso τῷ non esse in ratione vniuersitatis entium simpliciter & absolute loquendo: nihil enim potest traduci de non esse ad esse, nisi ab aliqua caussa efficiente, quæ sit actu prior, vt explicat doctissimus Zabarella. 3. Dignitate, quia affirmatio positionū entis insequitur, negatio verò priuationem: τῆς στερήσεως πρότερον ἡ κατάφασις, priuatione prius est affirmatio. *Aristotel. 2. de cælo. cap. 3.t.18.*

II. Negatio est, qua enuntiationis partium dissensio inter se exprimitur, vt: *Equus non est homo.*

Negationis in enuntiatione signum est, particula *non*; & quæ similem vim habet: si modo in eo loco collocatur, in quo negat partium consensionem.

ARTIC. II.

De Perspicuitate & Obscuritate enuntiationis.

I. Perspicuitas est, quæ facit, vt enuntia-

enuntiatio ſine vlla difficultate exquiſite intelligatur.

II. Obſcuritas eſt, qua enuntiatio ita diſpoſita eſt, vt audientis intelligentiã fugiat, vel penitus, vel tantum primo intuitu.

ARTIC. III.

De Veritate & Falſitate.

I. Veritas enuntiationis eſt, in qua res ita pronuntiatur, vt eſt, vt: *Homo eſt animal. Deus non eſt finitus.*

II. Falſitas enuntiationis eſt, qua res pronuntiatur aliter, ac eſt. vt. *Homo eſt lapis.*

ART. V.

De Figuris.

Figuræ ſunt mutationes enuntiatorum a ſimplici orationis genere in affectatum. Fiunt vero optando, imperando, exclamando, ſubticendo aliquid, reuocando, deliberando, &c.

CAPVT XI.

De iis quæ ſunt ſimul & de Priori & Poſteriori.

I. Fuit conſenſio propria, reſtat Acceſ-

ſoria. Dicitur Acceſſoria, quia accedit ad ea fere omnia, quæ proprie conſentire diximus, ſuũq; vſum in iis oſtẽdit.

II. Conſenſio acceſſoria eſt, vel inter ea q̃ ſunt Simul, vel inter Prius & Poſteriꝰ.

III. Entia ſunt ſimul vel Re, vel Cognitione.

IV. Re ſimul ſunt vel ſecundum Eſſenſentiam, vel Exſiſtentiam, vel Virtutem, vel denique Dignitatem ſimul.

V. Simul eſſentia ſunt vel ratione Conſtitutionis vel Perfectionis ſimul.

VI. Simul conſtitutione ſunt, quorum alterum non eſt prius altero natura. Sic ſimul conſtitutione ſunt duæ ſpecies oppoſitæ ſub eodem genere, item talium ſpecierum differentiæ, item effectus vnius cauſſæ proximæ, vt *riſus* & *loquela* reſpectu animæ rationalis: ita enim ſimul ſunt relatum & correlatum, de qua συνυπάρξία docet Ariſtot. *lib. categ. c. 13. §. & 3.*

VII. Simul pfectione ſunt, q̃ æque perfecta ſunt æque a natura intenduntur: Sic ſimul ſũt *ignis, aer, aqua terra*, q̃ a nullum prius altero natura ex his intendit.

VIII Simul ratione exſiſtentiæ, ſunt vel ſimul Loco, vel Tempore.

ANNOTATIO.

Antea in mea Synopsi, nempe in doctrina connexorum explicaui ea, quæ simul sunt tempore & loco: verum cum entia non sint multiplicanda præter necessitatem, terminum istum connexionis omitto, atque ea, quæ loco & tempore connexa nuncupaui, iā appello inusitate simul & loco & tēpore.

IX. Simul loco sunt, quæ communi aliquo continentur loco, vt incolę, inquilini, contubernales.

X. Simul tempore sunt, quæ vno tempore exsistunt. Sic σύγχρονοι fuerunt Hieronymus & Aug.

XI. Simul virtute sunt, quæ ne in effectu quidem priora sunt, aut posteriora, vt *Potentia siccandi & calefaciendi in sole.*

XII. Simul dignitate sunt, quæ sunt in pari honoris gradu: vt *duo collegæ, Senatores, discipuli, &c.*

XIII. Simul cognitione sunt, quæ æque nota sunt vel sensui, *vt duo singularia, duo pluresue effectus*, vel intellectui, vt *duo vniuersala & caussæ.*

XIV. Ceterum, quot modis simul dicitur, tot modis quoq; prius & posterius.

XV. Prius e. est vel Re, vel Cognitione.

CANON.

Prius nō depēdet a posteriori *Scho. Par.*

comment. in lib. 1. Physic. Aristot. fol. 26. fac. b.

XVI. Prius re est vel secundum essentiam, vel exsistentiam, vel virtutem, vel denique dignitatem prius.

XVII. Prius secundum essentiam est vel Ordine naturæ prius, vel Intentione.

XVIII. Prius ordine naturæ est, cuius essentia prior alterius essentia, & quo posito non necesse est poni alterum, sed tamen sublato, tolli. vt. *Arist. lib. Cat. c. 12. §. 3. & c. 13. 4. definit.*

Sic nēpe omnis caussa prior est effectu. Sic genus prius est specie. Zab. vocat *prius ordine naturæ generantis. 2. De medio demonst. c. 10. & 1. de meth. c. 6. vide & Rodolph. Agricolam lib. 3. Dial. cap. 7.*

XIX. Prius intentione dicitur, quod etsi prius non generetur: prius tamen a natura intenditur tanquam scilicet perfectius: vnde etiam prius perfectione appellatur.

Sic homo omnib. animalibus est prior, quia propter hunc reliqua omnia sunt condita.

XX. Prius secundum exsistentiam est, vel prius Tempore, vel Loco.

CANON.

Id quod prius est, consistere potest sine posteriorib. At

At impoſſibile eſt, vt quæ poſteriora ſunt, ſine prioribus conſiſtant. *Regius probl.1. de prædicab. in ſpecie. p.165.*

XXI. Prius tempore eſt, quod ante aliud durauit.

Sic *bruta prius exſtiterunt homine.*

ANNOTATIO.

Huc ergo referenda ſunt illa, quæ Goclenius in ſuis controuerſiis appellitat, *Antecedens* & *Conſequens*, & miror Goclen. tantum vnum modum prioris & poſterioris in logicis exponere, & reliquos modos præterire.

XXII. Prius loco eſt, quod ante aliud poſitum eſt.

Sic *in Occidentem nauigantibus prior eſt Hiſpania Gadibus.*

Prius loco, alias vno verbo ſolet dici *ſuperius*. Vnde:

CANON.

Quidquid ſuperius eſt ſuperiori, illud etiam ſuperius eſt inferiori, & contra quidquid inferius eſt inferiori, illud etiam inferius eſt ſuperiori. *Reg. libr.2. probl.2. de prædicamentis. p.352.*

XXIII. Prius virtute eſt, quod non in ſe, ſed ratione Effectionis ſeu virtutis ſuæ externæ eſt prius altero: ſic virtus ſicca-

tiua & calefactiua eadem est in sole: at in effectu prior est calefactio.

XXIV. Prius dignitate est, quod altero dignius est: Sic *Prior est præceptor discipulo, dominus seruo.*

XXV. Prius cognitione est, quod ante aliud est aptum cognosci.

XXVI. Estq; prius, vel cognitione Confusa, vel cognitione Distincta.

XXVII. Prius cognitione confusa dicitur γνώσει πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς ἄνθρωπον. *Arist. 1. post. 26. Top. 4. c. 11. Eth. 4.* Sic homo prior est cognitione, quam ipsius anima & corpus.

XXVIII. Prius cognitione distincta est id, quod est prius natura: Sic *caussa prior est cognitione effectu: vniuersale singulari.* &c.

XXIX. Ex modis, quibus aliquid altero prius dicitur, cognoscimus quoq; quibus modis alterum altero sit posterius: itaq; lubēs modos posterioris omitto.

LIBER IV.

De entis Dissensione.

CAP. I.

De Dissensione reali in genere.

I. Hactenus declarata est entis Consensio.

ſenſio: Procedimus ad exponendam entis diſſenſionem, ſeu diſconuenientiam.

II. Entis diſſenſio eſt, qua ens vnum ab altero diſſentit.

CANON.

Quomodo differt abſtractum ab abſtracto, eodem modo differt concretum a concreto. Vt enim abſtractũ ſe habet ad abſtractum: ita concretum ad concretum. *Flac. libr. 3. Dialog. ſpecial. c. 10.* Abſtractum quippe a concreto reipſa non diſtinguitur. *Perer. lib. 6. Phyſ. c. 6. Zabar. lib. 1. de propoſ. neceſſ. c. 4.*

Vſus Canonis.

Sic aſinus ab homine eadem ratione diſſentit, qua aſinitas ab humanitate. Similiter, quia humana natura in Chriſto & diuinitas fuit diſparata: Deus & hic homo diſparata erunt.

III. Diſſenſio eſt vel Realis, vel Rationis.

IV. Diſſenſio realis eſt, qua vnum ab altero, re differt.

Dici ſolet alias Diſtinctio realis.

CANONES

I.

Omnia, quæ ſeparari poſſunt, reali-

ter differunt. *Philipp. Melancht. lib. 4. Dial. Ferr. 1. Phyſ. q. 10.*

Quæ ſeparari poſſunt, coniūcta ſunt: Quod autem proprie coniunctum eſt cum aliquo, id idem re non eſt *Scal. ex. 75. ſect.* 4.

II.

Quæ ſubiecto differunt, realiter differunt. *Zabar. lib. de animæ facult. c. 2.*

III.

Quæ ſunt res diuerſæ & ſecundum eſſentiam diſtinctæ (ita vt vna alteram non includat) realiter differunt. *Zab. ibidem. Schegk. 7. top. 1082. p. 1083. Vrſinus lib.* 1. *diſp. log. 18. q.*

IV.

Quæ toto genere differunt, maxime re diſtinguuntur, *Zabarella li. de fac. animæ. cap. 3.*

V.

Quæ ſuppoſito differunt, re differunt,

Sic differunt perſonæ diuinitatis.

v. Diſſenſio realis eſt vel Diuerſitas, vel Oppoſitio.

CAPVT II.

De Diuersitate Simplici.

I. Diuersitas est, qua ens vnum est aliud ab altero per aliud.

Non nego vocem *diuersitatis* aliquando late accipi, vt etiam oppositio nomine diuersitatis veniat. Verum maioris perspicuitatis ergo hic tantum oppono diuersitatem identitati, quam supra definiui & declaraui.

II. Diuersitas est vel Simplex, vel Collatiua.

III. Diuersitas simplex est 1. Generica, Specifica, Numerica, 2. Caussalis, 3. Subiectiua, & 4. Accidentalis.

IV. Diuersitas generica est, qua ens ab altero differt genere.

Sic quantitas & corpus differunt generibus: Quantitas enim pro genere habet accidens, corpus vero substantiam.

CANON.

Quæ genere discrepant, horum nullo modo poterit esse vna definitio. *Schegk. comm. in 7. lib. top. loc. 6.*

V. Specifica diuersitas est eorum, quæ inter se specie differunt infima.

Sic *Petrus* & *Equus* differunt: huius enim species infima est bestia, illius vero homo.

Non nescio apud Aristotelē ea specie differre, quæ sunt species sub vno genere proximo: Verum vt eo melius diuersitatis declaratio respondeat declarationi identitatis, malim diuersitatem specificam ita definire, prout factum est.

CANONES

I.

Quæ sunt genera & species simul, nō distinguuntur specie. *Commmentator in tract. 1. Petri Hispani fol. 78.*

II.

Fieri non potest, vt duo entia specie distincta sint æqualis perfectionis. *Gocl. prod. lex. phil. Can. 123.*

VI. Numerica diuersitas est, qua indiuiduum ab indiuiduo per numerum differt. *Sic Petrus a Paulo differt.*

VII. Diuersitas caussalis est, qua effectus differt ab alio ratione caussarum, vel caussa differt a caussa ratione effectuum.

IIX. Diuersitas subiectiua est eorum, quæ subiecto differunt.

IX. Idque fit duobus modis.

X. 1. Subiecto differunt duo acciden-

tia,

tia, quorum vnum alicui subiecto inest, alterum vero, licet eidē sine contradictionis implicatione inesse possit, tamē non inest. vt.

Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses. Hic diuersa sunt *formositas* & *facundia*: Vnum enim accidens, vt facundia, Vlyssi tribuitur: de quo tamen formositas, licet sine vlla contradictionis implicatione inesse Vlyssi potuisset, (Vlysses enim & *formosus* & *facundus* simul esse quiuisset) negatur.

XI. 2. Differunt subiecto duo accidētia vnius speciei diuersis subiectis inhærentia.

Et sic diuersa sunt *albedo in pariete* & *albedo in Cygno*.

XII. Diuersitas seu differentia accidentalis est eorum, quorum vnum ab altero differt accidente aliquo.

Sic *homo doctus* a rudi differt per doctrinam.

CAPVT III.

De Diuersitate Collatiua.

I. Habuimus diuersitatem simplicem: sequitur collatiua.

II. Diuersitas collatiua est vel Imparitas, vel Dissimilitudo.

III. Imparitas est eorum, quorum vnum alterum quantitate excedit.

Itaq; hic vnum est maius; alterum minus. Sic impares sunt domus, quarum vna altera est altior.

IV. Dissimilitudo est eorum, quæ inter se habent diuersas qualitates, actiones, passiones & relationes.

Sic dissimiles substantiæ sunt *Coruus* & *Cygnus*: hic enim habet albedinem, ille nigredinem.

ANNOTATIO.

Noli hic confundere differentiam accidentalem cum dissimilitudine, quia in vtraque diuersitas rerum est ex accidente aliquo: In differentia enim accidentali vnũ accidens, quo ens hoc ab illo differt, collocatur: In dissimilitudine vero duæ qualitates simul inter se conferuntur, ita vt ex iis dicantur entia dissimilia, si ipsæ fuerint non eædem.

CAPVT IV.

De Contradictoria & Priuatiua oppositione.

I. Fuit diuersitas: Sequitur oppositio.

II. Oppositio est, qua ens vnum ab altero per se dissentit.

Sic ergo differt a diuersitate, vt diuersum sit il-

sit illud, quod per aliud ab altero est separatū & distinctum: In oppositione vero vnum ab altero per se discrepet.

CANONES

I.

Opposita sunt simul natura. *Schegk. Comm. in locum 8. lib. 5. top.*

II.

Opposita vni eidemque subiecto cōuenire non possunt secundum idem, ad idem, & eodem tempore. *Aristot. 1. de Elench. 4. 12. & lib. 4. Metaphys. cap. 10. Picc. grad. 8. virt. c. 7. Sonzinas 10. Met. quæst. 22.*

CONSECTARIVM.

Itaque vnum oppositum de altero non enuntiatur. *Duns de Vniuersalib. quæst. 30.*

Secundum scilicet naturæ ordinem; Cum alias præter naturam propter supernaturalē quandam vnionem oppositum de opposito affirmari possit, vt fit in enuntiato illo mystico: *Deus est homo.*

III.

Contrariorum, (id est oppositorum) eadem est scientia. *Arist. 1. Analyt. c. 1.*

Quod pronuntiatū, ait Monlorius Schol.

in cap. 1. analytic. prior Aristotelis; triplicem sensum habere potest apud Aristotelem. Primus est, *Contraria sub eandem scientiam & artem cadere, atque in eadem arte tractari, vt salubre & insalubre in medicina: motum & quietem in philosophia naturali.* Secundus est, *contrariorum eandem esse cognitionem & rationem*, hoc est, ex ratione vnius contrarii alterum intelligi ex accidenti: vt si sanitas est sita in temperie & symmetria quatuor humorũ, morbus erit positus in intemperie eorundẽ humorũ. Hoc docet Aristoteles *9. lib. Metaphysic. cap. 10.* Vbi ait, propterea contrariorum eandem esse scientiam, quia scientia ratio est, atque contrariorum eadem est ratio. Vnde fit etiam, vt facultas, quæ agit cum ratione, habeat vim efficiendi contraria. Qui duo sensus veri sunt in omnibus artibus. Tertio potest significare, *eandem artem tractare contrarias partes quæstionis*, vt si proponatur ea quæstio, *an voluptas sit bonum*, probare eandem artem, voluptatem esse bonum; & non esse bonum. In quo sensu tantum est verum pronuntiatum in duabus artibus Dialectica & Rhetorica: vt docet ipse Aristoteles *1. lib. Rhetór.* quoniam hæ solæ disputant quæstiones in partes contrarias. Sic enim habet Aristoteles. τῶν μὲν οὖν ἄλλων τεχνῶν οὐδεμία τἀναντία συλλογίζεται ἡ δὲ διαλεκτικὴ

κτικὴ καὶ ῥητορικὴ μόναι τοῦτο ποιοῦσιν, ὁμοίως γάρ εἰσιν ἀμφότεραι τῶν ἐναντίων, id est, *nulla ex aliis artibus contrarias partes ratione concludit, sola vero Dialectica & Rhetorica id praestant: sunt enim pariter ambae contrariorum.*

IV.

Vnum oppositum, multiplicato altero, multiplicatur quoad significationem, non autem quoad significata. *Reg. problem. 6. de praedicabilibus in genere pag. 161.*

Id est, vnum oppositum, si erit ambiguae significationis & illud erit tale, quod ei opponitur: *Aristot. 5. Ethicor. cap. 1.* non vero necesse est, tot esse species vel indiuidua oppositi, quot sint eius, cui opponitur. Sic enim necessario tot essent alba, quot nigra. Tot indiuidua humana, quot bestiae, tot vniuersalia, quot singularia.

III. Oppositio est vel Primaria, vel Secundaria.

IV. Primaria oppositio est 1. Contradictoria & priuatiua. 2. Disparatio & contrarietas.

V. Oppositio contradictoria est, qua ens opponitur non enti.

CANONES.

I.

Contradictoriæ oppositionis, neque genus neq; subiectum quoddam vnũque certum reperitur.

Contradictio enim se extendit ad omne ens cuiuslibet Categoriæ; a quo ex aduerso remouet non ens. *Keck.*

II.

Contradictionis per se non est medium. *Aristot. 10. Metaph. 7. Arist. 1. post. Analyt. t. 13. Goclen. prod. lex. phil. Can. 174.*

Duplex, inquit Zabarella ad eundem textum, *esse potest medium inter duo opposita.* Vnum est media forma, quod solet dici medium per participationem extremorum, vt rubeus color medius est inter album & nigrũ: quia neque est albus, neque niger. Quamuis igitur locum non habeat nisi in solis contrarie oppositis, iisque fortassis non omnibus, sed quam plurimis: at medium subiectum datur inter omnia opposita, *Exceptis solis contradictoriis*: In quibus (vt docet Schegk. *Comm. in secundum lib. phys. Acroam.*) licet medium per se assignari non queat, medium tamen dari potest per accidens, quatenus oppositio hæc pro contraria vsurpatur; non album enim interdum nigrum significat.

VI. Pri-

VI. Priuatiua oppositio est, qua opponitur habitus priuationi.

Sic *Cæcitas* & *visus* opponuntur.

Habitus nomine intelligitur præsentia rei inhærentis vel adhærentis subiecto certo & idoneo. Quid sit priuatio, suo loco docebitur.

CANON.

Eorum quæ opponuntur, vt ἕξις & στέρησις, habitus & priuatio, nullum potest esse genus idem. *Schegk. Comm. in loc. 43. lib. 4. Top.*

Non enim entis & non entis idem genus esse potest.

CAPVT V.

De Disparatione & Contrarietate.

I. Disparatio est, qua duæ distinctissimæ essentiæ, quarum vna alteram non cõstituit, essẽtialiter inter se dissentiũt.

II. Vnde illæ essentiæ diuersæ dicuntur *Disparata.*

III. Disparata ergo sunt directè 1 species oppositæ sub eodem genere, vt *homo* & *bestia*: 2. ea, quorũ essentię longissime a se inuicẽ discrepãt, ita vt nec genere, nec specie, nec numero inter se cõueniãt. Sic *Deus* & *homo* sunt disparata.

Per reductionem disparata sunt. 1. Species vna & oppositæ speciei proprietates & proprii effectus. 2. Specierum oppositarum oppositæ differentiæ & proprietates.

ANNOTATIO.

Vbi nota, quod disparatio, quæ fit per reductionem, a Keckermanno solet appellari repugnantia. Verum ideo quædam voco disparata per reductionem, quia reduci possunt ad ea, quæ directe alias disparata dici consueuerunt. De vocabulo nolo litigare, quando de re constat.

CANONES

I.

Quod cum genere facit disparationem, illud quoque cum specie disparationem faciat necesse est.

Itaque quia homo & bestia, quæ est genus) sunt disparata; etiam homo & equus, (qui species est bestiæ) disparata erunt.

II.

Quod cum specie facit disparationē, illud quoq; cum indiuiduo disparationem faciat necesse est.

Sic homo & equus sunt disparata: Ergo quoque homo & hic equus erunt disparata. Deus & homo sunt disparata: Ergo quoque *Deus* & *hic homo*.

Approbauit Goclenius philoſophus, quod in prodromo logico dixerim, hanc propoſitionem (*Deus eſt homo*) eſſe e connexis: Verum male argumentatus eſt: *Hæc propoſitio eſt e connexis*, Ergo *non e diſparatis*: Connexa enim poſſunt eſſe diſparata, id quod ipſi vel e propriis oſtendam libris.

III.

Diſparata completa non concurrũt ad vnum conſtituendũ eſſentiale. *Keck.*

Keckermanni hic probo candorem, qui in Scholio huius canonis ait, *diſparata non cõcurrere quidem ad vnum eſſentiale, licet concurrere poſſint ad vnum hypoſtaticum.* Sic Deus & homo concurrunt ad conſtituendam perſonam mediatoris. Vbi ergo vide, Keckermannum philoſopho Goclenio aperte contradicere, qui negat, hanc propoſitionem eſſe e diſparatis.

IV.

Diſparatum de diſparato nõ poteſt in quid affirmari proprie & vſitate.

Sic non poſſum dicere: *Homo eſt aſinus.*

V.

Omne ens eſt contrarium contrario ſuo per ſuam eſſentiam. *Scal. ex. 12. ſ. 4.*

Vbi nota contrarium accipi pro diſparato.

IV. Contrarietas eſt, qua ens vnum alterum pellit.

Contrarietas Græcis ἐναντίωσις seu ἐναντιότης apud Aristotelem vsurpatur I. pro omni qualicunque oppositione. *1. Anal. c. 1.* II. Pro qualitatum pellentium pugna, *lib. Categ. c. 8.* III. Contraria dicuntur partim ex eo, quod eiusmodi pugnantes qualitates habent, partim quod efficere possunt contraria. *Aristot. 5 Met. c. 10.* IV. Contraria contradistinguuntur priuatiue: contradictorie & relatiue oppositis. *Arist 5. Met. c. 10.* Secunda & quarta vocabuli significatio est huius loci.

CANONES

I.

Contraria maxime distant: *Scal. ex. 78. f. 2.* ex Arist. *Categ. de quantitate. Gocl. prod. lex. phil. Can. 138.*

II.

Contraria sunt sub eodem genere. *Aristot. 10. Metaph. cap. 6. Scalig. 9. 18. & 299. f. 1.*

III.

Vnius generis vna contrarietas. *Arist. 1. phys. c. 6 t. 58. Tau. contra Cæsalp. lib. 1. q. 5. f. 4.*

IV.

Contrarium vnum non constituitur ex alio. *Tau. contra Cæsalp. lib. 1. quæst. 4. sect.*

4. sect. 7. Scalig. exercit. 65. sect. 2. Clichtoueus in notis ad 5. cap. lib. 1. Paraphraseos Stapulensis.

Ita albedo non constituit essentiam nigredinis, nec caliditas essentiam frigiditatis.

Contraria enim simul cõsistere nequeunt. *Tau. d. l.* Nihil pugnat datus Canon cum hoc Aristotelis axiomate 10. Met. c. 7. *Ex contrariis aliquid fieri:* aliud enim est principium, cõtrarium non fieri ex contrario: quod vult Canon: aliud, *Principiatum fieri vel constare ex principiis contrariis.* Ex contrariis autem constare, interprete Zab. *lib. 3. de misti generat. & interitu,* est nihil aliud, quam esse genitum ex iis, quæ fuerunt contraria: in ipso autem misto non sunt amplius contraria.

V.

Contrarium contrarium per se augere non potest. *Tau. contra Cæsalp. lib. 3. q. 8. s. 8.*

Itaque frigus augere nequit calorem per se: licet per accidens, quando circumquaque consistit, calorem intra se cogit, ne vel discutiatur vel nimis dispergatur. Ratio Canonis hæc est: *Omnis auctio fit mediante vnione:* Cõtrarium vero cum contrario non vnitur.

VI.

Nullum contrarium pro primo rerũ principio ponendum est. *Tau. de rerum ætern. p. 71.*

Primum enim principium debet esse vnũ & solum: nullum vero contrarium est solum; quippe semper est aliquid, cui ipsum contrarietur.

VII.

Impossibile est, vt contraria simul sint in eodem primo subiecto. *Schegk. Comm. in loc. 23. lib. 2. Top. Scalig. exer. 16. sect. 3.*

Caussa tamen potentiæ, inquit idẽ Schegk. *in lib. 1. Analyt. cap. 42.* vni simul contraria insunt: id est, ab vna potentia aliquando cõtraria profluere & prouenire possunt. αἱ γὰρ μετὰ λόγου πᾶσαι δυνάμεις τῶν ἐναντίων αἱ αὐταί. *Arist. 9. Met. 2. 3.*

VIII.

Contraria contrariis minuuntur. *Taurell. in phil. triumpho.*

CONSECTARIVM.

Itaque actio passioni non est contraria, cum passio actione augeatur.

IX.

Quæ contraria sunt eiusmodi, vt necesse sit alterum inesse iis, quibus natura insunt, aut de quibus dicuntur, inter ea nulla media interiecta sunt. Quorũ vero non necesse est alterum inesse, in medio

medio eorum aliquid est collocatum. *Arist.1.post præd.c.1.*

V. Contrarietas est vel Per se vel Per aliud.

Hanc distinctionem desumsi ex Fonsec. explicatione *10. cap. lib. 5. Metaphys.* Alii vocant *contrarietatem vel mediatam vel immediatam.*

VI. Contrarietas per se est, qua qualitates inter se pugnant.

VII. Itaq; est oppositio qualitatum se inuicem pellentium. *Melancht.*

Vnde etiam Peripatetici ex Arist. Contraria definiunt duas qualitates sese mutuo pellentes. Vbi nota, quod vocabulum qualitatis late accipiatur, ita vt etiam motiones in se comprehendat: Actiones enim quoq; sunt inter se contrariæ. *Scal.ex.312.* Et duobus motibus tribuendam esse contrarietatem docet Tau. *in philosophia Triumpho.* Quare ait alibi, contraria esse, quæ sub eodem genere posita se possint mutuis afficere actionibus.

CANON.

Contraria se vicissim expellunt, nisi alterum insit a natura, *Arist. de oppositis. Gocl.prod.lex.*

VIII. Contrarietas per aliud est, qua

ens enti contrarium eſt per qualitates & actiones contrarias.

Sic ſubiecta contrariarum qualitatum ſunt inter ſe contraria.

IX. Fuit primaria oppoſitio: Secundaria eſt 1. Inter relatum & correlatum.

Sic pater & filius, quatenus pater nõ eſt filius, nec filius pater, inter ſe opponuntur.

2. Inter ſubiectum & accidens, quod ei non ineſt, & tamẽ ſine ſubiecti ipſius deletione in eſſe poteſt.

Sic formoſitas & Vlyſſes inter ſe opponũtur: Vlyſſes enim non potuit eſſe formoſus, ipſius natura non repugnante.

CAPVT VI.

De Diſtinctione Relationis.

I. Hucuſq; expoſita fuit diſſenſio realis: reſtat diſſenſio rationis.

II. Quæ vſitatiori vocabulo dicitur Diſtinctio rationis.

III. Diſtinctio rationis eſt vel Pura vel non Pura.

IV. Diſtinctio pura eſt eorum, quæ diſtinguuntur per actũ collatiuum intellectus præciſe: ſeu quæ a pura puta ratio-

ratione excogitatur nullo distinctionis fundamento in re inuento. Confer Aristot. *5. Met. cap. 9. & Fons. 5. Metaphys. cap. 15. quæst. 2. s. 2. & c. 4. quæst. 2. s. 3. & c. 6. q. 6. s. 2. itemque Colleg. Conimb. 1. Phys. c. 2. q. 1. arte 3.*

III. Non-pura rationis distinctio est, quæ in re fundamentum habet.

VI. Estque vel Ordinaria, vel Extraordinaria.

VII. Ordinaria est, quæ est infinitis essentiis.

VIII. Distinctio ordinaria est, vel distinctio ex natura rei, vel virtualis.

IX. Distinctio ex natura rei est, quæ immediate in re fundamentum habens est inter ea, quorum alterum pertinet ad perfectionem alterius: *Vrsinus quæst. 16. disp. de reali & rationis distinctione.*

X. Distinctio ex natura rei est, vel formalis vel Modalis.

XI. Distinctio formalis est, quorum alterum addit realiter aliquid perfectioni alterius.

XII. Estq; trium generum, 1. Inter Genus & Speciem. 2. Inter generis & spe-

ciei differentias. 3. Inter vnam partem & totum.

Canon.

Quæcunque ex natura rei formaliter differunt, eorum alterum ingreditur definitionem alterius.

XIII. Modalis distinctio est, vbi vnum non addit quicquam realitatis perfectioni alterius, sed alium tantum essendi modum intrinsecum. *Vrs. d. l.*

Canon.

Quæcunque Modaliter differunt, eorum alterum non est de definitione alterius.

XIV. Modalis distinctio est vel Absoluta, vel Comparata.

XV. Absoluta est, cum entia absolute & simpliciter a modis distinguuntur.

Sic sunt modi, a quibus distinguuntur genera summa: vt esse Necessarium & esse Cōtingens: esse Actu & esse Potentia.

XVI. Comparata est, qua Qualitas vel Quantitas ab intensione graduum distinguitur in se ipsa.

Sic

Sic Pura, Purior, Purissima Albedo distinguitur ab Albedine, cuius ea est intensio.

XVII. Distinctio Virtualis est, quæ habet in re fundamentum Mediate, hoc est, quæ per se, in se, a se in re non est, sed in rei virtute & effectu. Sic voluntas & anima iuxta Scaligerum distinguuntur.

METAPHYSICAE

LIBER QVINTVS

DE SVBSTANTIA ET Accidente.

CAPVT I.

De Substantia.

I. Hactenus ens eiusque πάθη seu affectiones enucleauimus: supersunt species entis.

II. Species entis sunt Substantia & Accidens.

Species illæ Veræ & Genuinæ dicuntur, quæ ex essentia alicuius rei dicuntur,

non quæ denominantur extrinſecus ab affectionibus, accidentibuſque eiuſdem rei: Sic quia ratione eſſentiæ ens diſtribuitur in ſubſtantiam & accidens, merito ſpecies ex paſſionibus entis deſumtas omiſimus, ſimpliterque ipſa πάθη explicauimus: ipſas vero genuinas & analogas entis ſpecies explicare aggredimur.

III. (a) Subſtantia eſt Ens (b) per ſe ſubſiſtens.

(a) Græcis dicitur οὐσία: vtraque vox ambigua in Philoſophia. Interdum enim denotat cuiuſque rei eſſentiam, & quidditatem. *vt 5. Metaph. cap. 8.* Interdum ſumitur pro altera entis ſpecie accidenti oppoſita. Et ſic volunt ſubſtantiam dictam a ſubſiſtendo, quia propriũ eius eſt per ſe ſubſiſtere, hoc eſt, proprium eſſe habere, nec eſſe in alio, vt habens eſſe in ſubiecto, vt Philippus exponit: interdum pro ſubiecto proprio accidentis: Et ſic dictam volunt ſubſtantiam a ſubſtãdo, quod ſubſtet accidentibus. Secunda ſignificatio eſt huius loci.

(b) Dicitur *Subſtantia per ſe ſubſiſtere*, quia in nullo ſubiecto eſt: quæ enim in nullo ſubiecto ſunt, per ſe ſunt. *Ariſt. lib. 1. poſt. Analyt. c. 4.*

CANONES

I.

Nihil eſt ſubſtantiæ per ſe contrarium.

rium. *Arist. 14. in Categ. de subst. Scalig. lib. 2. de plantis. p. 384.*

II.

Substantia est prior Accidente. *Zabarella lib. 2. de prima rerum materia. c. 11. & Scal. ex. 10.*

I. Natura Zab. *d. l. Scal. d. l.* II. Cognitione est prius, & a quo dependet aliud, docet Aristoteles 6. *top.* vide Perer. *lib. 5. c. 20.* III. Dignitate. κυριωτέρα ἐστιν ἡ οὐσία τῶν συμβεβηκότων ὡς ἐν αὐτῇ ἔχοντων τῶν συμβεβηκότων τὴν ὕπαρξιν, id est *potior est substantia accidentibus, quoniam accidentia in ea habent suam exsistentiam. Damasc. Dial. c. 46.* Sed non tempore. Tempore enim licet prior sit multis accidentibus, quibusdam tamen, si non est prior, non est saltem posterior, sed simul. *Zab. d. l.*

Consectaria.

Itaque substantia secundum se non dependet ab aliquo accidente. *Scotus de univers. q. 33.*

III.

Nulla substantia est; nulla οὐσία est, quin & sit & possit aliquid vel agendo, vel patiendo. *Taur. contra Caesalp. lib. 2. q. 1. sect. 23.*

Contrarietas Græcis ἐναντιότης seu ἐναντιότης apud Ariſtotelem vſurpatur I. pro omni qualicunque oppoſitione. *1. Anal. c. 1.* II. Pro qualitatum pellentium pugna, *lib. Categ. c. 8.* III. Contraria dicuntur partim ex eo, quod eiuſmodi pugnantes qualitates habent, partim quod efficere poſſunt contraria. *Ariſtot. 5. Met. c. 10.* IV. Contraria contradiſtinguuntur priuatiue: contradictorie & relatiue oppoſitis. *Ariſt 5. Met. c. 10.* Secunda & quarta vocabuli ſignificatio eſt huius loci.

CANONES

I.

Contraria maxime diſtant: *Scal. ex. 78. ſ. 2.* ex Ariſt. *Categ. de quantitate. Gocl. prod. lex. phil. Can. 138.*

II.

Contraria ſunt ſub eodem genere. *Ariſtot. 10. Metaph. cap. 6. Scalig. 9. 18. & 299. ſ. 1.*

III.

Vnius generis vna contrarietas. *Ariſt. 1. phyſ. c. 6 t. 58. Tau. contra Cæſalp. lib. 1. q. 5. ſ. 4.*

IV.

Contrarium vnum non conſtituitur ex alio. *Tau. contra Cæſalp. lib. 1. quæſt. 4. ſect.*

4. sect. 7. Scalig. exercit. 65. sect. 2. Clichtoueus in notis ad 5. cap. lib. 1. Paraphrasεos Stapulensis.

Ita albedo non constituit essentiam nigredinis, nec caliditas essentiam frigiditatis.

Contraria enim simul cōsistere nequeunt. *Tau. d. l.* Nihil pugnat datus Canon cum hoc Aristotelis axiomate 10. Met. c. 7. *Ex contrariis aliquid fieri:* aliud enim est principium, cōtrarium non fieri ex contrario: quod vult Canon: aliud, *Principiatum fieri vel constare ex principiis contrariis.* Ex contrariis autem constare, interprete Zab. *lib. 3. de misti generat. & interitu,* est nihil aliud, quam esse genitum ex iis, quæ fuerunt contraria: in ipso autem misto non sunt amplius contraria.

V.

Contrarium contrarium per se augere non potest. *Tau. contra Casalp. lib. 3. q. 8. f. 8.*

Itaque frigus augere nequit calorem per se: licet per accidens, quando circumquaque consistit, calorem intra se cogit, ne vel discutiatur vel nimis dispergatur. Ratio Canonis hæc est: *Omnis auctio fit mediante vnione:* Cōtrarium vero cum contrario non vnitur.

VI.

Nullum contrarium pro primo rerū principio ponendum est. *Tau. de rerum atern. p. 71.*

Primum enim principium debet eſſe vnū & ſolum: nullum vero contrarium eſt ſolum: quippe ſemper eſt aliquid, cui ipſum contrarietur.

VII.

Impoſſibile eſt, vt contraria ſimul ſint in eodem primo ſubiecto. *Schegk. Comm. in loc. 23. lib. 2. Top. Scalig. exer. 16. ſect. 3.*

Cauſſa tamen potentiæ, inquit idē Schegk. *in lib. 1. Analyt. cap. 42.* vni ſimul contraria inſunt: id eſt, ab vna potentia aliquando cōtraria profluere & prouenire poſſunt. *αἱ γὰρ μετὰ λόγου πᾶσαι δυνάμεις τῶν ἐναντίων αἱ αὐταί. Ariſt. 9. Met. 2. 3.*

VIII.

Contraria contrariis minuuntur. *Taurell. in phil. triumpho.*

CONSECTARIVM.

Itaque actio paſſioni non eſt contraria, cum paſſio actione augeatur.

IX.

Quæ contraria ſunt eiuſmodi, vt neceſſe ſit alterum ineſſe iis, quibus natura inſunt, aut de quibus dicuntur, inter ea nulla media interiecta ſunt. Quorū vero non neceſſe eſt alterum ineſſe, in

medio eorum aliquid est collocatum. *Arist.1.post præd.c.1.*

V. Contrarietas est vel Per se vel Per aliud.

Hanc distinctionem desumsi ex Fonsec. explicatione *10. cap. lib. 5. Metaphys.* Alii vocant *contrarietatem vel mediatam vel immediatam.*

VI. Contrarietas per se est, qua qualitates inter se pugnant.

VII. Itaq; est oppositio qualitatum se inuicem pellentium. *Melancht.*

Vnde etiam Peripatetici ex Arist. Contraria definiunt duas qualitates sese mutuo pellentes. Vbi nota, quod vocabulum qualitatis late accipiatur, ita vt etiam motiones in se comprehendat: Actiones enim quoq; sunt inter se contrariæ. *Scal.ex.312.* Et duobus motibus tribuendam esse contrarietatem docet Tau. *in philosophia Triumpho.* Quare ait alibi, contraria esse, quæ sub eodem genere posita se possint mutuis afficere actionibus.

Canon.

Contraria se vicissim expellunt, nisi alterum insit a natura, *Arist. de oppositis. Gocl.prod.lex.*

VIII. Contrarietas per aliud est, qua

ens enti contrarium eſt per qualitates & actiones contrarias.

Sic ſubiecta contrariarum qualitatum ſunt inter ſe contraria.

IX. Fuit primaria oppoſitio: Secundaria eſt 1. Inter relatum & correlatum.

Sic pater & filius, quatenus pater nō eſt filius, nec filius pater, inter ſe opponuntur.

2. Inter ſubiectum & accidens, quod ei non ineſt, & tamē ſine ſubiecti ipſius deletione in eſſe poteſt.

Sic formoſitas & Vlyſſes inter ſe opponũtur: Vlyſſes enim non potuit eſſe formoſus, ipſius natura non repugnante.

CAPVT VI.

De Diſtinctione Relationis.

I. Hucuſq; expoſita fuit diſſenſio realis: reſtat diſſenſio rationis.

II. Quæ vſitatiori vocabulo dicitur Diſtinctio rationis.

III. Diſtinctio rationis eſt vel Pura vel non Pura.

IV. Diſtinctio pura eſt eorum, quæ diſtinguuntur per actũ collatiuum intellectus præciſe: ſeu quæ a pura puta ratio-

ratione excogitatur nullo distinctionis fundamento in re inuento. Confer Aristot. *5. Met. cap. 9. & Fons. 5. Metaphys. cap. 15. quæst. 2. s. 2 & c. 4. quæst. 2. s. 3. & c. 6. q. 6. s. 2. itemque Colleg. Conimb. 1. Phys. c. 2. q. 1. arte 3.*

III. Non-pura rationis distinctio est, quæ in re fundamentum habet.

VI. Estque vel Ordinaria, vel Extraordinaria.

VII. Ordinaria est, quæ est infinitis essentiis.

VIII. Distinctio ordinaria est, vel distinctio ex natura rei, vel virtualis.

IX. Distinctio ex natura rei est, quæ immediate in re fundamentum habens est inter ea, quorum alterum pertinet ad perfectionem alterius: *Vrsinus quæst. 16. disp. de reali & rationis distinctione.*

X. Distinctio ex natura rei est, vel formalis vel Modalis.

XI. Distinctio formalis est, quorum alterum addit realiter aliquid perfectioni alterius.

XII. Estq; trium generum, 1. Inter Genus & Speciem. 2. Inter generis & spe-

ciei differentias. 3. Inter vnam partem & totum.

CANON.

Quæcunque ex natura rei formaliter differunt, eorum alterum ingreditur definitionem alterius.

XIII. Modalis distinctio est, vbi vnum non addit quicquam realitatis perfectioni alterius, sed alium tantum essendi modum intrinsecum. *Vrs. d. l.*

CANON.

Quæcunque Modaliter differunt, eorum alterum non est de definitione alterius.

XIV. Modalis distinctio est vel Absoluta, vel Comparata.

XV. Absoluta est, cum entia absolute & simpliciter a modis distinguuntur.

Sic sunt modi, a quibus distinguuntur genera summa: vt esse Necessarium & esse Contingens: esse Actu & esse Potentia.

XVI. Comparata est, qua Qualitas vel Quantitas ab intensione graduum distinguitur in se ipsa.

Sic

Sic Pura, Purior, Purissima Albedo distinguitur ab Albedine, cuius ea est intensio.

XVII. Distinctio Virtualis est, quæ habet in re fundamentum Mediate, hoc est, quæ per se, in se, a se in re non est, sed in rei virtute & effectu. Sic voluntas & anima iuxta Scaligerum distinguuntur.

METAPHYSICAE

LIBER QVINTVS DE SVBSTANTIA ET Accidente.

CAPVT I.

De Substantia.

I. Hactenus ens eiusque πάθη seu affectiones enucleauimus: supersunt species entis.

II. Species entis sunt Substantia & Accidens.

Species illæ Veræ & Genuinæ dicuntur, quæ ex essentia alicuius rei dicuntur,

rium. *Arist. 14. in Categ. de subst. Scalig. lib. 2. de plantis. p. 384.*

II.

Substantia est prior Accidente. *Zabarella lib. 2. de prima rerum materia. c. 11. & Scal. ex. 10.*

I. Natura *Zab. d. l. Scal. d. l.* II. Cognitione est prius, & a quo dependet aliud, docet Aristoteles 6. *top.* vide Perer. *lib. 5. c. 20.* III. Dignitate. κυριωτέρα ἐστὶν ἡ οὐσία τῶν συμβεβηκότων ὡς ἐν αὐτῇ ἐχόντων τῶν συμβεβηκότων τὴν ὕπαρξιν, id est *potior est substantia accidentibus, quoniam accidentia in ea habent suam exsistentiam. Damasc. Dial. c. 46.* Sed non tempore. Tempore enim licet prior sit multis accidentibus, quibusdam tamen, si non est prior, non est saltem posterior, sed simul. *Zab. d. l.*

CONSECTARIA.

Itaque substantia secundum se non dependet ab aliquo accidente. *Scotus de univers. q. 33.*

III.

Nulla substantia est, nulla οὐσία est, quin & sit & possit aliquid vel agendo, vel patiendo. *Taur. contra Casalp. lib. 2. q. 1. sect. 23.*

VI.

Nullum datur inter Subſtantiam & Accidens medium. *Zabar. lib. de miſt. cap. 13.*

In rebus ſcilicet naturalib. Sed in diuinis occurrit illud, quod neque Subſtantia, neque Accidens dici poteſt: ſed perſonale.

VII.

Subſtantiis integris qualitates corrumpi nequeunt. *Scal. ex. 16. ſ. 3.*

Sic quando ipſa ſubſtantia putreſcit, ea deinceps ſuas priores qualitates permutat cum nouis: Si vero non putreſcit, meliores qualitates actu ſe exercentes non acquirit.

VIII.

Omne ens, quod habet quantitatem, qualitatem, figuramque, ex ſe ſubſtantia eſt.

Accidens enim accidenti non ineſt. *Taurell. contra Cæſalpinum. libr. 4. quæſt. 1. ſect. 10. Scal. exer. 10. & 75. Ariſtot. 4. Metaph.* Ex Canone patet, radios ſolares non eſſe accidentia, ſed ſubſtantias, quippe qui in ſe certam figuram, quantitatem & qualitatem habeant.

IX.

Id, quod ſubſtantiam conſtituit(a)

non poteſt eſſe eius accidens. *Zab. lib. de fac. animæ c. 8.*

(*a*) A priori. Quod vero ſubſtantiam a poſteriori conſtituit, eius accidens eſt : Sic omne proprium, quia a poſteriori ſubſtantiã conſtituit, ſubſtantiæ accidens erit.

CONSECTARIVM.

Itaque forma, quæ formatum ſubſtanſtantiale conſtituit, non erit formati accidens : *Contra Patritium.*

X.

Quod vni eſt ſubſtantia, alteri nunquam fit accidens. *Regius lib. 1. diſp. log. problem. vlt. de prædicabilibus. Zab. lib. de prima rerum materia. c. 20. Nicolaus a Grana lib. diſquiſ. p. 134.*

IV. Subſtantia eſt vel Prima, vel Secunda.

V. Prima eſt indiuiduum ſubſtantiale, & dicitur Scholaſticis *Suppoſitum*, quod eſt ſubſtantia completa incommunicabilis.

CANON.

Actiones ſunt ſuppoſitorum.

VI. Sup-

VI. Suppositum est, vel Intelligens, vel Non intelligens.

VII. Suppositum intelligens dicitur persona.

VIII. Persona est (a) Suppositum [b] Intelligens, [c] non sustentatum in alio.

(a) Itaque persona est substantia completa & incommunicabilis: Suppositum enim taliter antea definitum fuit. *(b)* quia persona est intelligens, erit substantia viua, & rationalis. *c* Quidquid ergo in alio, cum quo facit vnum σύνθετον, sustentatur; propria persona non est. Sic anima rationalis in homine, licet sit intelligens, indiuidua essentia, non tamen erit persona propria: in corpore enim, cum quo facit σύνθετον nimirum hominem, sustẽtatur. *Præterea* notabis, vocabulum *Personæ* esse ambiguum. 1. enim significat qualitatẽ: Dicimus enim *agere aliquem personam regis*; & 2. Substantiam: *vt in hoc loco.* Valla posteriorem hunc significatum negat, ac proinde dicit, personas, quas in Deo Theologi ponunt, esse tres qualitates. Verum personam accipi pro substantia patet 1. Ex scripturis, in quibus passim legimus, Deum non esse acceptorem personarum. vt *actor 10. Rom. 2.* & alibi, in quibus locis significat ipsam ὑπόστασιν. Nam vt explicat August. *lib. 2. ad Bonifacium cap. 7.* tunc est acceptio personarum in distributione præmiorum, quando qui distribuit,

P.

respicit merita hominum, sed ipsos homines, id est, tribuit plus vni, quam alteri, non quia ille plus meretur, sed quia illam personam plus diligit. 11. Ex Ethnicis Scriptoribus Marc. Tull. *lib. de inuentione* in topicis & partitionibus sæpe vtitur nomine personæ in posteriori significatione, cum dicit, alia esse Rerum, alia Personarum attributa: item Valerius Maximus *lib. 2. c. 21.* quoslibet homines personas vocat.

IX. Substantia Secunda, est substantia Vniuersalis.

ARTIC. II.

De Accidente in genere.

1. Accidens est, quod substantiæ beneficio exsistit.

Hoc ideo fit, quia a subiecti principiis fiunt accidentia. *Scaliger exercitatione 12. sect. 3.*

CANONES

I.

Accidens sine substantia separatim esse nequit.

II.

Accidentia omnia habent suam essentiam

ſentiam conflatam ex potentia & actu. *Scalig. ex. 325. ſ. 2.*

Vnde Taurell. *contra Cæſalpinum pag. 34. Subſtantia,* ait, *certe ſuum eſſe non dat accidentibus: Hæc enim ſuum quoddam eſſe habent toto genere ab ipſo ſubſtantiarum eſſe diuerſum.* & p. 49. *Accidentia ſunt entia, non vt inſunt, ſed vt ſunt.*

III.

Accidens nullum agit, niſi per vim ſuæ ſubſtantiæ: *Scaliger exercitatione 6. ſect. 5.*

II. Accidens eſt. 1. Quantitas. 2. Qualitas. 3. Actio. 4. Paſſio. & 5. Relatio.

CAP. III.

De Quantitate.

I. Quantitas eſt, qua ens eſt in ſe extenſum.

CANONES

I.

Omne finitum quantum eſt.

Omnis enim Definitio fit in quantitate.

II.

Omne quantum partem extra partem habet. *Regius problem. 4. de prædicamentis. lib. 2.*

II.

Quantitati nihil eſt contrarium. *Ariſtot. in Cat.*

II. Quantitas eſt vel Immaterialis, vel Materialis,

III. Quantitas Immaterialis eſt, qua entia materiæ ſenſibilis expertia ſunt quanta: vt *Spiritus.*

Quantitas hæc appellatur a Scalig. intelligibilis. *ex. 359. ſ. 3.* quia intellectus intelligit in iis entibus vnam partem, quæ non ſit alia. Qua de cauſſa ſimiliter non erubeſco formam appellare quantam. Taurell. enim contra Cæſalpin. *lib. 2. quæſt. 2. ſ. 3. Forma*, inquit, *quidquid eſt, & quanta quanta eſt, aliunde non habet. vide* ſupr. *Canon. 6. artic.* 3. *de forma ſect. 2. c. 2. lib. 3.*

IV. Quantitas materialis eſt, qua corpora ſunt quanta.

Hæc alias Peripateticis proprie dicitur *quantitas.*

CANONES.

I.

Quantitas eſt fundamentum diuiſibilitatis.

II.

Ratione quentitatis ſubiectum dicitur Æquale vel Inæquale. Ariſt:

Hic Canon vt fiat vniuerſalis, tres conditio-

çonditiones ſunt obſeruandæ: Prima eſt, quod eſſe æquale & inæquale non ſemper de actu, ſed etiam de potentia ſit intelligendum: nam ſi eſſet vnum ſaltem corpus in rerum natura, ipſi hæc proprietas cōpeteret, cū tñ nulli eſſet actu æqualevel inæquale, ſed ſaltē potentia. *Secunda* conditio eſt, vt illud eſſe æquale vel inæquale, non per accidens, ſed per ſe inſit rei. Sic colores ſunt inæquales non per ſe, ſed ratione ſubiectorum; Denique æquale & inæquale proprie & non metaphyſice debent intelligi, ita interpretatur Reg. ex Scholaſticis *prob. 4. de prædicam. p. 435.*

CAPVT IV.

De Qualitate.

SECTIO. I.

De Qualitate in genere & Potentia naturali.

1. Qualitas eſt accidens, quo ens eſt æquale.

Qualitas dicitur Græcis ποιότης. Quæ vox ambigue vſurpatur. 1. pro ipſa eſſentiali forma. Sic ait Porphyrius, equum ab homine differre qualitate. 2. Pro accidente tali, de quo impræſentiarum eſt ſermo.

Canones.

I.

Qualitas recipit magis & minus.

Non ratione essentiæ & definitionis, quæ nullibi variatur, sed ratione ὑπάρξεως, seu singularis inhæsionis in subiecto hoc vel illo modo disposito. *Keck.*

II.

Solarum qualitatum est (*a*) Contrarietas. *Aristot.*

(*a*) Immediata & Primaria: Alias etiam substantia substantiæ contraria est, non quidem per se & immediate, vt docet. 1. Canon *Theor.3. cap.1.* huius libri, sed mediate per qualitates contrarias. Sic ignis aquæ contrarius est, non qua ignis, sed qua calidus & siccus.

III.

Ratione qualitatum dicuntur res Similes & Dissimiles.

I. Qualitas est. I. Potentia naturalis, & Habitus. 2. Afficiens Qualitas & Figura.

III. Potentia naturalis est Potentia, quam a natura habemus insitam.

IV. Potentia naturalis est Prima, vel Secunda.

V. Pri-

v. Prima est, quæ proxime emanat e Forma subiecti.

Talis est Risibilitas in homine, quæ ex hominis forma, nimirum anima rationali proxime emanat.

vi. Secunda est dispositio quædam temperamenti & organorum naturaliter inhærens, per quam prima in actum producitur.

Talis potentia est dispositio oculi, per quam facultas videndi in actum deducitur.

SECTIO II.

De Habitu.

i. (*a*) Habitus est facilitas (*b*) agendi & patiendi in (*c*) hominem introducta.

Ambiguitatem vocis hisce verbis Keckermannus explicat & euoluit. *lib. 2. System. Log. cap. 9.* Habitus Græcis ἕξις interdum sumitur latissime pro omni forma accidentali, quæ quocunque modo subiectum, *vt Scholastici loquuntur*, habilitat: & sic vsurpat Aristoteles *lib. Categ. cap. 10. & 1. prior. cap. 34. & 5. Metaphysic. cap. 2. & 1. Physic. cap. 3.* vt & Damasc. *c. 38. Dial.* & ita contradistinguitur priuationi: Post sumitur etiam Habitus apud latinos auctores pro corporis constitutione. Vnde apud Terentium, *Si qua paulo est habitior, Pugilem esse credunt.* Accipitur &

habitus pro vestitu, *vt lib. Categ. c. 9. & 5. Metaph. c. 20.* Capitur etiam pro quauis potentia in genere, vnde *habilis* dicitur pro idoneo & apto. Et denique vsurpatur stricte & proprie, *vt cap. 8 lib. Categ. & 5. Metaph. cap. 20. & 2. Ethic. c. 1.* & in hoc loco. *(b)* Vox agere hic sumitur latissime, ita vt & operationem & contemplationem, quę est mentis, in se comprehendat: *c* Si itaque habitus erit qualitas in hominem introducta, erit habitus tantum in creatura rationali: vt recte sentit Melãchthon *in Erotematibus Log.* ac proinde bruta, quæ ex assuefactione aliquid operantur, illi non tam habitum, quam umbram habitus obtinere putantur.

Canones.

I.

Vna actio non parit ἕξιν seu habitũ.

Habitus autem cum sit ex assuefactione, vna actione, non poterit in aliquo produci: assuefactio enim pluribus absoluitur actionibus. Sic ille, qui vna vice tantum legit Theologorum libros, & fundamenta fidei ex iis haurire attentat, non statim Theologus erit. Similiter, nec ille exquisite lapidem Philosophorum habebit exploratum, qui semel, vel bis mediocri saltem consideratione libros Philosophorum legerit: vix decima lectura aliquid efficies: inquit ille Doctissimus meus Treuisanus.

II. Ad

II.

Ad habitum requiritur præuia quædam inclinatio & potentia naturæ. *Melancht. & Keck. in log.*

Sic difficilime lapidem philoſophorum veſtigabit, & apparẽtes cõtradictiones in terminis & ſententiis philoſophorum conciliabit, qui eſt ingenii tardi, bardi & ſtupidi.

II. Habitus primo eſt vel Speculatiuus, vel Operatiuus.

III. Speculatiuus habitus eſt, quo faciles ſumus in cognoſcendis rebus.

Huiuſmodi habitus dicitur alias vno vocabulo *Scientia.* Quod vocabulum ambigue vſurpatur. 1. Enim ſumitur pro actu ſciendi tranſeunte: 2. Pro ſyſtemate doctrinæ. 3. Pro habitu demonſtrationis, & ita Ariſtoteli ἐπιστήμη definitur ἕξις ἀποδεικτική. 4. Latius ſub ea ſignificatione, quæ ex data definitione liquet.

IV. Scientia eſt vel θεωρητική vel πρακτική, vel ποιητική. *Ariſt. 6. Top. c. 3.*

V. Scientia θεωρητική, contemplatiua, eſt habitus, per quem ſumus idonei ad facile cognoſcendum ſupranaturalia & naturalia.

Ex hoc habitu quiſpiam dicitur *Sapiens.*

VI. Scientia πρακτικὴ, actiua, eſt habitus, per quem ſumus idonei ad facile cognoſcendum ea, quæ vitæ humanæ, ſtatum concernunt.

Diciturq; alias vno verbo *prudentia*: Vnde homo dicitur *prudens*.

VII. Scientia ποιητικὴ eſt habitus, quo, ex crebra librorum lectione, vel diligenti & perſpicua inſtitutione ſumus idonei ad cognoſcendum ea, quæ ad artis habitum acquirendnm requiruntur.

Ex hoc habitu quiſpiam appellari poteſt *ſciens artis*: ſed non artifex. Sic quiſpiam poteſt ſcire omnia ea, quæ neceſſaria eſſe videntur ad artis architectonicæ conſtitutionem, nec tamen inde pro architecto habendus erit.

ANNOTATIO.

Noli candide lector, exiſtimare hic confundi habitus inter ſe. ſpeculatiuum ſcilicet & operatiuum, quia ſcientia diuiditur in θεωρητικὴν, πρακτικὴν, & ποιητικὴν: Siquidem ſcientia ποιητικὴ non eſt ars ipſa, ſed eorum, quæ ad artem requiruntur, cognitio: vt ſcientia πρακτικὴ non eſt facultas bene viuendi, ſed tantum eorum, quæ ad bonos mores aſſequendos faciunt, intellectualis apprehenſio.

Scien-

Scientia πρακτικὴ & ποιητικὴ acquiritur fideli institutione & lectione librorum mores & artificia docentium: ars vero continua exercitatione, quæ in obiecto dirigendo versatur: vt Ethica, id est, facultas bene viuendi continua pietatis & virtutis editione & ostensione comparatur.

IIX. Operatiuus habitus est, quo sumus apti aliquid operari.

IX. Operatiuus habitus est vel Practicus vel Factiuus.

X. Habitus practicus est vel Virtus vel Vitium.

XI. Virtus est habitus, quo rectæ rationi consentanee, id est, bene & honeste viuimus.

XII. Vitium est habitus, quo rectæ rationi contrarie: id est, male & inhoneste viuimus: Seu quo ad malam & indecoram vitam sumus procliues.

XIII. Habitus factiuus dicitur ars.

XIV. Ars est habitus, quo sumus apti & idonei ad faciendum aliquid, secundum regulas ratione & vsu vtili probatas.

Aristoteles ita definit. *6. Ethic. 4.* τέχνη ἐστὶν ἕξις μετὰ λόγου ποιητική, *Ars est habitus*

cum vera ratione aliquid faciens. Vnde Scaliger *ex.307.ſ.25.* artem vocat *habitum ad faciendum.* Facere hic eſt alicui obiecto, quod mores non includit, formam imponere, qua obiectum redditur vtile ad aliquid præſtandum, quod abſolute non poſſet.

CANONES.

I.

Ars & artifex in eodem verſantur obiecto.

Ars enim eſt forma artificis: at in quo obiecto forma occupatur, in eodem formatum occupari neceſſe eſt. Sic quia anima noſtra intelligit hoc vel illud, etiam ipſe homo idem intelligat neceſſe eſt.

II.

Ars formam ſubſtantialem in materiam obiectam introducere nequit: ſed ſolam accidentalem. *Perer. lib. 5. in ſolutione argumenti vndecimi Procl. pag. 796.*

Vnde Lull. meus *c.27. Theoricæ teſt. Ars,* inquit, *non poteſt dare formam ſubſtantialem rebus ſicut natura:* ἡ τέχνη, inquit Pachymerius ὕδαν ὐκ ἀπεργάζεται. natura enim, ait Ludouicus Viues *lib.2. de prima philoſophia p.465.* intima rerum penetrat: ars circa exteriora & ſupremas facies verſatur. Quod probe notent Cacochymiſtæ, qui ſine natura aurum

per

per solam Alchemiam e materia aliena producere moliuntur: Si aurum ita progignere possent, dare possent formam substantialem per artem. Quia vero hoc impossibile est, laborant eiusmodi auri decoctores & dilapidatores, nihilque inueniunt, nisi tandē paupertatem & intolerabilem miseriam ex ingentibus sumtibus & inanibus laboribus. Non minus certo scio, aurum ab arte produci nullum, quam scio, Deum esse immutabilem & æternum.

Non nego, lapidem philosophorum esse possibilem, in naturæ primordiis contineri, & a veris philosophis in lucem dari posse. Sed nego, ab imperitis & indoctis hominibus, qui ne hilum vnquam in literis profecerunt, lapidem nostrum inueniri, explorari, atque comparari posse, licet noctesque diesque sophisticis suis solutionibus, coagulationibus, sublimationibus, distillationibus, calcinationibus, separationibus, fusionibus, incerationib. imbibitionibus, fixationib. &c. insudent. Ideo vero ita stulti illi & stupidi asini errare cogūtur, q̄a intendunt tincturā auri facere ad faciendum aurum: Cum tamen impossibile sit arti, eiusmodi substantiam producere. Nec credo unquam fuisse aliquem philosophum, qui solo artificio elaborauerit & confecerit aurum. Quod vero lapidi suo auri ꝓductionem ascribunt, eo fine faciunt, 1. vt ἀφιλοσόφους decipiant, 2. vt significent, lapide

propter insignes virtutes esse auro præstantiorem: atque ab eo, qui habeat, sufficiens aurum acquiri, dummodo egentibus & ægris medicinam illam contra omnes morbos subministret.

III.

Artis effectus producitur ad imaginem antea in mente artificis conceptam.

Sic si velim syllogismum primæ figuræ conficere, primæ figuræ dispositionem & imaginem antea in animo habeam necesse est; secundum quam deinceps ex præscripta aliqua materia syllogismum verum deducam.

IV.

Ars, quantum fieri potest, imitatur naturam.

Quemadmodum enim, *ait Ludovicus Vives lib.2. de prima philosophia p.465.* natura a rudissimis exorditur, postea paulatim educit ad perfectum: Ita & ars sensim expolit.

XV. Ars est vel Effectionis vel Actionis.

XVI. Ars effectionis relinquit opus: in arte vero actionis nullus alius sequitur finis, sed ipsa actio est vltimus finis.

Vt in arte canendi cithara, ipsa citharæ cantio.

Vnde Scal. *lib.3. poet. c.1. p.266.* duo faciens artium

artium genera summa, *Quædam*, inquit, *eiusmodi sunt, vt id, quod faciunt, tantisper dum faciunt, fit: postquam vero factum est, non fit amplius: qualis est cantio, saltatio, luctatio: alia vero è contrario id, quod faciunt, dum faciunt, non est, sed fit: postquam vero factum est, est vt fabrica: ædes enim dum fiunt, nondum sunt; sed postquam factæ sunt.*

XVII. 2. Habitus est vel Facile, vel Difficulter mobilis.

XVIII. Habitus facile mobilis alias vna voce appellari solet Dispositio. Habitus vero difficulter mobilis κατ' ἐξοχὴν Habitus, cuius conditio est, vt constanter, expedite, ac cum iucunditate per illam operemur. *Picc. c. 5. grad. 4. de virtute morali.*

SECTIO III.

De Qualitate Afficienti & Figura.

I. Fuere potentia naturalis & habitus: supersunt qualitas afficiens & figura.

II. Afficiens qualitas est, quæ sensus afficit: ac proinde sensibus quamdam passionem infert: vt, Color.

Nam sensus, dum obiectum suum percipit, pati ab eo dicitur. *Reg. probl. 4. de prædicam. lib. 2. log.*

III. Figura ſeu forma eſt certa coloris & lineamentorum in corpore configuratio.

Itaque eſt qualitas extremitatum in corpore. *Scal.l.de c.l.l.c.176.*

IV. Eſtque vel Naturalis, vel Aduentitia.

V. Naturalis eſt, quam natura alicui corpori indidit.

VI. Aduentitia eſt, quæ extrinſecus in aliquod ſubiectum introducitur.

Tales formæ & figuræ ſunt rerum, quæ artis adminiculo productæ fuere.

CAPVT V.

De Actione & Paſſione.

I. Actio eſt agentis, quatenus agens eſt, perfectio.

CANONES.

I.

Actio & paſſio ſuſcipiunt contrarietatem, nec non magis & minus.

II.

Omnis actio prior eſt paſſione, ordine naturæ & dignitatis, *Ariſt.3. de anima c.5.*

Pro-

III.

Proprium actionis est ex se inferre passionem. *Thom. Aquinas, & Iod. Isennacensis in logicis.*

IV.

Qualitate fit actio a forma. *Scalig. exer. 19.*

Id est, à forma prodeunt actiones mediantibus & interuenientibus qualitatibus.

II. Actio alia est transiens, alia immanens.

III. Actio transiens est, quæ terminatur in subiecto diuerso.

Quod scilicet aliud est ab eo, a cuius forma actio progreditur. Itaque quidam definiunt actionem transeuntem, quæ ad extra egreditur: Vnde facile colligimus, duo diuersa subiecta requiri in actione: Vnum, in quo & à cuius forma proueniat, alterum vero in quo terminetur. At obiicis, *ita esse vnius numero accidentis duo subiecta diuersa, quod absurdum.* Resp. 1. non absurdum esse, vnius numero accidentis duo esse distincta & diuersa subiecta: quatenus idem accidens diuerso modo iis inesse intelligitur, vni primario & immediate: alteri vero mediate. Sic calor in ferro ignito inest ferro mediate & secundario per ignem: igni vero primario & immediate. 2. nego, actionem esse ideo in diuersis subiectis, quia ad actionem duo subie-

cta requiruntur: actio enim ei tantum subiecto inest, a cuius forma promanat. Eius vero terminatio in alio est subiecto. Requiruntur ergo ad actionem duo subiecta 1. vt habeat illud, in quo sit: 2. vt in alio terminari possit. Instas, & hoc sententiis philosophorum pugnare: Scaligerum enim *exercitat. 102. sect. 5. & exercitat. 16. sect. 4.* dicere, *actionem esse in patiente, vt in subiecto, in quo mutat nomen & passio vocatur.* Resp. 1. Scaligeri auctoritas non præiudicat veritati. 2. actio non absolute considerata, sed quatenus terminatur, est in patiente, vt in subiecto. 3. Falsum est (pace tanti viri dixerim) actionem mutare nomen in patiente, atque passionem vocari: actio enim & passio realiter idem non sunt, quicquid dixerint Thomistæ, & qui eos sequuntur. 1. Quia de se inuicem prædicari nequeunt: Passio enim non potest dici actio, nec actio passio: ac proinde actio non est perfectio patientis, nec passio agentis. 2. Quia actio est a perfectione; passio ab imperfectione. Vnde agens dicitur perficiens, patiens perficiendum. Si itaque actio & passio realiter non differrent, omne agens pro imperfecto esset reputandum: Et sic Deus esset imperfectus: quippe qui quotidie operatur: Teste Christo. At ἀθεόλογον & impium est, Deum imperfectionis arguere.

CANON.

CANON.

Nulla fit actio à proportione minoris æqualitatis.

Id est, actio non prouenit, nisi a victoria & excessu agentis respectu patientis. *Zab. lib. de react. cap. 2.* Debilius enim in validius agere non potest. *Zab. ibidem.*

IV. Actio immanens est, quæ sese in idem subiectum, in quo est, reflectit.

Ac proinde in ipso agente perficitur. *Reg. probl. 7. de prædicam. lib. 2. log.*

CANON.

Actio immanens non est caussa efficiens rei vt fit in actu, sed vt est idem; quod esse in actu. *Thom. log. cap. 1. de actione.*

V. Passio est, qua ens aliquod patitur.

VI. Vnde ens dicitur patiens.

CANONES.

I.

Receptiuum non recipit per modũ imprimentis, sed per modum receptiuitatis. *Scal. ex. 16. s. 3.*

Agens enim, ait Zabarel. *libr. 3. de calore*

cœlesti, non agit nisi in patienti idoneo. Vnde Scal. *ex.74.ſ.3. non quilibet*, ait, *affectus receptus in quodlibet corpus, ipſum afficit: ſed quod aptus natus eſt afficere.*

II.

Patiens eſt alio quopiam poſterius quiddam. *Scal.ex.77.ſ.5.*

V S V S.

Itaque λόγυ natura gloriam non recipere poteſt. (Receptio enim paſſio eſt, Scal.*ex.307. ſ.21.* Quis enim non dicat pati, quod recipit illud, quod carebat. *Scal.lib.1.de plant.pag.93.*)

CAPVT VI.

De Relatione.

I. Relatio eſt (*a*) accidens, quo ens ad aliud quid reſpectum & habitudinem obtinet.

(*a*) Obiiciat aliquis: accidens eſt in ſubiecto: Ergo relatio non eſt accidens. Aſſumtio inde patet, quia *relatio quatenus eſt relatio, non eſt in eo poſita, vt ſit in alio, ſed vt ſit ad aliud.* Reſp. 1. Aſſumtio eſt falſa. Si enim non eſſet in ſubiecto, ſubiectum ſuum ad aliud non ordinaret; ac proinde quia eſt ad aliud, in alio eſt. 2. Dico ergo relationi ratione generis, id eſt, quatenus eſt accidens, conuenire, eſſe in ſubiecto: ratione differentiæ vero ordinare aliquid ad aliud.

II. Vn-

II. Vnde ens dicitur relatum.

Vbi nota, aliquando terminum *(relatum)* late accipi, vt non solum subiectum, a quo relatio incipit, sed etiam subiectum, in quod desinit, in se includat. 2. aliquando stricte pro subiecto solo, quatenus ab eo relatio primo deriuatur: Et sic illud subiectum, in quo relatio terminatur, dicitur correlatum.

Canones

I.

Omne relatum posterius est absoluto. *Zab. lib. 3. de meth. c. 7.*

II.

Relatiua suscipiunt magis & minus. *Zab. in tab. log. p. 11. Iodoc. Isenn. c. 2. de prædic. lib. 1.*

III.

Relata se mutuo ponunt. *Aristot. 6. top. cap. 3.* & in *(a)* essendo & *(b)* cognoscendo. *Zab. lib. 1. de facult. animæ c. 3. & 9. & lib. 2. de prop. necess. c. 2.*

(a) Itaque posito vno illorum, ponitur alterum. *Fons. lib. 2. inst. Dial. cap. 13.* Si ergo quispiam filius erit, habebit & patrem. Quare δοκεῖ τὰ πρός τι ἅμα τῇ φύσει εἶναι, relata videntur esse simul natura: Arist. Simul vero natura esse est, explicante Damasceno *Dial. c. 50.*

simul inferre, simulque inferri, & vna tollere & vna tolli: quamobrem sublato patre tollitur filius &c. tollitur autem non essentia ei, sed relatio, etiamsi enim manet ille, qui filius, non tamen filius manet. *(b) ὥστε ἀδύνατον ἄνευ θατέρου θάτερον γνωρίζειν*, id est, *quamobrem relatorum alterum absque altero cognosci impossibile est. Arist. 6. Top. 3.*

IV.

Relatorum vnum in alterius definitione sumitur. *Zab. lib. 2. de prop. c. 2. Arist. 6. Top. 3.*

Quia verum relatiuum includit in sua ratione conceptum quodammodo alterius: *Reg. problem. 6. de prædicament. lib. 2. log. pag. 492.*

V.

Relationum distinctio compositionem non facit in eo, in quo est. *Dionys. Carthus. lib. 1. de summa orthodoxæ fidei, art. 40.*

Itaque quia relatio in personis diuinitatis admittitur, non ideo compositio Deo inferenda erit.

VI.

Relatio per se non facit rem præsentem.

Sic non est præsens malum, quod indicatur

tur ex apparentia Cometæ: Sic pater non est filio præsens, quando est Romæ & filius Marpurgi, licet sint relata. Quod probe notent Caluiniani, qui dicunt corpus Christi esse præsens in sacra synaxi relatiue per significationem, quia panis corpus Christi significat. Hac ratione quoque præsentia fuissent Sacramenta noui Testamenti Sacramentis veteris T. Cum hæc fuerint illorum vmbræ. Absurdum.

VII.

CANON.

Relatiua carent medio. *Scal. ex. 302. s. 1. & lib. 6. Poet. c. 2.*

Medio scilicet participationis extremorũ.

III. Relatio est vel Realis, vel Rationis.

IV. Relatio realis est ibi, vbi intellectus illam producere non opus habet.

Vnde recte Scal. *ex. 6. s. 2. Relatio,* inquit, *est res præter notionem intellectus.*

V: Relatio rationis est, quæ pendet ex operatione intellectus. Sic dextrum & sinistrum in aliqua substantia sunt relata rationis.

ANNOTATIO.

Keckermannus Canones addit spurios doctrinæ relationum in libello suo logico, dicitq; 1. *fructum relationis non esse rela-*

to affigendum, & 2. *Correlatum qua tale non debere includi suo relato*: Verum cum iis abutatur ad Caluiniana dogmata ſtabilienda, & myſteria Sacramentorum euertenda, placet eos rationis examini ſubiicere, atque fraudem breuibus detegere. Itaque dico 1. Falſum eſſe, fructum relationis non eſſe affigendum (ſeu tribuendum) relato: quippe relata ideo relatione participant, vt fructu & vtilitate eius fruantur. Sic coniugii fructus eſt propagatio humanæ ſpeciei: at quis a relato, nimirum a coniuge eum fructum auellat? Præterea Keckermannus exempla affert aliena: primo enim ait, fructum coniugii non eſſe arrhæ affigendum; quaſi arrha ſit relatum, & coniugium relatio, qua arrha eſſet relatum formaliter. Si arrha eſſet relatum, & coniugium eſſet relatio, eſſet quoque aliud, quod ei reſponderet præter coniugium: In omni enim relatione habentur duo extrema. atqui non poteſt dari arrhæ correlatum præter coniugium: Ergo. Secundo ait, *aqua baptiſmi non eſſe affigendam ablutionem peccatorum*. At heus Kechermanne, vbi audiuiſti, vbi legiſti vel in Scriptura Sacra, in ſcriptis S. patrum, ablutionem eſſe fructum relationis alicuius, vt hic tibi perſuades? Cur audes per tuam falſo conceptam regulam præiudicare ſcripturæ? quaſi decempeda rationis poſſes emetiri ſalu-

ſalutis noſtræ myſteria. An neſcis animalem hominem non percipere ea, quæ ſunt Dei? Prius a verbo Dei fundamentum fidei iaciendum eſt: & deinceps videndum, num rationes noſtræ aliquo modo ei reſpondeant. Verbum Dei docet, aqua baptiſmi nos ſaluos fieri *1. Pet. 3. v. 21. Tit. 3 v. 5.* Huic verbo tanquam principio fidei inſiſtendum eſt, licet mille ſophiſmata e ratione depromantur, quibus nos a veritate abducere hæretici moliantur. Abeat ergo figmentum Keckermanni in fumum, quo ſuos diſcipulos faſcinat, ne veram & ſalutarem doctrinam de Sacramentis intelligant.

2. Similiter fraude non caret & alterum figmentum (correlatum qua tale, non eſſe includendum ſuo relato.) An neſcis Keckermanne, plura adiuncta includi ſuo ſubiecto? an neſcis animam includi animato corpori? anima vero & animatum corpus ſunt relata. Tuum κρησφύγετον, *Qua tale*, te non ſaluat, inane eſt: nullus enim Theologorum & Philoſophorum vnquam dixit & putauit, aliquid includi alteri ratione relationis. An exiſtimas Theologos dicentes in, cum & ſub pane eſſe corpus Chriſti, includere pani corpus Chriſti, ratione relationis? An ſomnias, eos ſentire, pani includi corpus Chriſti? Incluſionem & impanationem o[illegible] & animo deteſtantur. Itaque fruſtra tuo [illegible]gmento relationis oppugnas Theolo[illegible]

rum orthodoxorum assertiones, quarum refutandarum ergo tu tale principium finxisti.

METAPHYSICAE LIBER SEXTVS, DE IIS, QVÆ PER ACCIDENS IN METAPHYSICA docentur.

CAPVT I.

De Multitudine & Nihilo.

HActenus ea exposuimus, quæ per se in Metaphysica considerantur: supersunt ea, quæ per accidens ad Metaphysicam pertinent.

II. Suntque Multitudo, Nihil & Priuatio.

Contra quis obiiciat illud Scaligeri exer. 18. *Priuatio videtur entis cuiusdam habere rationem: Ergo priuatio in Metaphysica per se tradenda fuit.* Accedit, quod Timplerus priuationem recenseat inter ea, quæ sunt aliquid. Resp. I. Nego consequentiam: quia illud dicit Scaliger ratione cognitionis: Quando enim priuatio cognoscitur ab intellectu, cognoscitur sub ratione habitus. *Scal. ex. 1. s. 2.* II. Timpleri auctoritas nihil nos mouet. Errauit. III. Addo hoc: Dici potest priuatio ens, non prout ens nominat entitatem, sed propo-

propositionis veritatem: quemadmodum surditas dicitur esse in aure. Vide Dionysium Carthus. *lib. 1. de summa orthodoxæ fidei art. 66. f. 2.* Sed tamen inde nihil contra nos afferri pōt: cū ens, quatenus entitatē nominat, per se in Metaphysicis considerandū ducamus.

III. Multitudo est, qua entia sūt multa.

Multum sumitur dupliciter, scilicet absolute, sicque opponitur vni: Et hæc significatio est huius loci: alio modo relatiuè, secundum excessum & sic opponitur pauco. Vide Dion. Carth. *lib. 1. de sum. orth. fid. art. 12. p. 2.*

CANON. (multitudinis.

Nec Diuisio, nec Materia est caussa

Non diuisio: quia non omnia, quæ multa sunt, aliquando vnum fuerunt, vt opus fuisset ad multitudinis illationem diuisione. Nō materia: quippe multa quædam sunt, quæ carent materia: vt accidentia, species intentionales, & radii visiui.

IV. Nihil est, quod non est aliquid, & dicitur alias non ens.

Quod enim aliud ab ente est, non est. Arist. *lib. 3. Met. c. 4. Non ens,* inquit Scal. ex. 370. *f. 24. p. 868. apud Peripateticos duob. accipitur modis. Vno mō* est nō ens inter entia. quippe ens in potētia est aliquo modo ens, & aliquo modo non ens. Alia consideratio est non entis: quod vnquam erit, & hoc dupliciter: Quædam enim haud vnquam erunt, quæ tā esse possunt: vt, quod ingrati mihi benefi-

ciorum gratiam reponant. vt, quod ſtrumæ meus deponat ambitionem.& alia huiuſmodi. Alia non erunt, quia talis entitas repugnaret entitati. Hoc autem eſt abſurdum, veluti duos eſſe Deos. Prior nō entis ſignificatio non eſt huius loci. Obiiciat hic quiſpiam illud Ariſtotel. lib. 1. poſt. Analyt.t. 10. *Eius, quod non eſt, non eſſe ſcientiam: Itaque me male hunc tractatum de nihilo & non ente inſtituiſſe.* Reſpondeo ex Zabarellæ ad eum locum commentario. Non entis duplex eſt cognitio: Vna Poſitiua, altera Priuatiua: Poſitiua cognitio eius, quod non eſt, eſt quando aliquis putat id, quod non eſt, eſſe, & falſam propoſitionem eſſe veram, de qua cognitione ibi loquitur Ariſtoteles, dum dicit, *non entis non dari ſcientiam*: Priuatiua non entis cognitio eſt, cognoſcere ipſum non eſſe, & falſam propoſitionem falſam eſſe. Quā cognitionem non entis non negat Ariſtot. Vacuum enim docuit Ariſtotel. in Phyſicis, quod tamen non eſt.

CANONES. I.

Non entis nulla ſunt accidentia.

Vnde Tau. lib. 4. contra Cæſalp. q. 1. ſ. 17. *non entis*, inquit, *nulla eſt actio, nec nulla motio mouentis.* Itaque cæcutiunt Ramei, qui motum tribuunt non enti in Logicis.

II.

Nulla non enti cum ente coniūctio.

Scal. ex. 327. ſ. 25. Ni-

Nihil enim magis hostile enti, quam non ens. *Scal. ex. 11. s. 1.*

III.

Ex nihilo fit nihil. *Arist.* scilicet naturaliter.

CAPVT II.

De Priuatione.

1. Priuatio est entis alicuius, quod ad perfectionem entis qualemcumq; concurrere debet, absentia.

Priuatio ex sententia Aristotelis *6. Phys. t. 30.* solet multis modis dici: *Primo* quando quis quippiam non habet: vt lapis visum non habet, qua de caussa eo dicitur priuatus. *Secundo.* quando quispiam non obtinet aliquo tempore, & tamen habere potest, vel debet. Sic Catulus dicitur priuatus visu infra nouem dies. *Tertio*, cum aliquis quippiã nõ habet eòdem modo, quo alia, vt. Si homo non videat peracute, quemadmodum aquila. *Quarto*, cum aliquis quippiam non habet in ea parte, in qua aptus est habere. *Quinto*, proprie prout definitio docuit, & ita Prima & Tertia significatio non est hic aliena, cum possint ambigue ad datam priuationis definitionem reduci. Vide Nicolaum a Grana *lib. 4. de expositione oppositorum.*

CANONES.

I.

Priuatio est non ens: *Arist.lib.1.post. & 1.Phys.t.8.de part.lib. 1.t. 3.*

Est enim essentia.*Scalig.ex.27.s.1.*

CONSECTARIVM.

Itaque priuatio nullam facit entis speciem. *Taur.lib.1.contra Cæsalp.p.82.* Nihil enim constituit. *Taur. libr.3.contra Cæsalp.p.576.Picol.1. de rerum materia.cap.14. Bodinus 1.Theat.p.54.* Neque vllius rei essentia esse potest.*Scal.ex. 18.& 65.s.5.*

Obi.*Priuatio*, inquit Scaliger ex. 18.*videtur habere entis cuiuspiam rationem.* Resp. 1. Scaliger ait,*videtur*, non:*est ens.* 2. ipse Scaliger per se explicat ibidem his verbis. Priuatio videtur habere entis rationem: idem enim quodammodo cum eo esse habitu, qui contrarius est ei habitui, cuius est priuatio, sentit Philosophus. Quia cœcus habitum quendam habet, propter quem cœcus est, qui visionis habitui contrarius: atque idcirco priuatio, atq; hoc modo dicitur in quinto priuationem esse habitum quendam.

II.

Priuationis nulla est efficacia. *Taurell contra Cæsalp. lib. 5. q.1.s.17.pag.741. Scal.ex.18.*

Plu-

Plutarch. περὶ πρώτου ψυχροῦ· πᾶσα στέρησις ἀργόν ἐστι καὶ ἄπρακτον. Priuatio omnis iners quidem & otiosa est, nulliusque rei δημιουργὸν id est, effectrix, vt Cœcitas & surditas, &c. Nam vt τῷ εἶναι τὸ ἐνεργεῖν ἀκολουθεῖ. Sic τῷ μὴ εἶναι τὸ μὴ ἐνεργεῖν ἀκολουθεῖ.

III.

In genere priuatio formam antecedit; sed in re generata posterior est natura, quam forma ipsa, per quam res est. *Scal. ex. 61. s. 2.*

II. Priuatio ergo est, vel Antecedens, vel Consequens.

III. Priuatio antecedens est formæ rei generandæ absentia.

IV. Hæcque dicitur principium Peripateticis: sed per accidens.

Sic loquitur Scheg. *Com. in 26. loc. li. 4. top.* Priuatio numeratur in principiis, non rei naturalis, sed generationis rei naturalis.

NOTA.

Nolim cum iis loqui, qui priuationis vocabulum pro principio acceptum, sublatiori significatu vsurpant, ita vt cum negatione formæ in se includat habilitatem seu aptitudinem in materia ad recipiendam formam: quia materiæ habilitas non constituit priuationem, sed ipsam materiam consequenter. Tutius itaque est voce priuationis vti, pro negatione entis perficientis.

non tantum actus sed etiam potentiæ significatur negatio. *Schegk. Comm. in locum 43. lib. 4. Top. & in locum 59. lib. 6. Top. p. 948.*

XI. Aduentitia priuatio est rei extrinsecus adhærentis vel circumstantis absentia, vt paupertas, nuditas. &c.

XII. Ad priuationis tractationẽ pertinet consideratio mali & confusionis, & falsitatis.

CAPVT III.

De Malo.

I. Malum est carentia boni debiti inesse. *Dionysius Carthusianus. art. 66. lib. 1. de summa orthodoxæ fidei.*

Mali vocabulum est ambiguum: aliquod enim malum est vel *simpliciter* seu formaliter, vel *secundum quid.* Malum formaliter est mera priuatio boni. Malum secundum quid est vel denominatiue malum, vel secundum respectum ad id, quod est malum formaliter cõsideratum. Vt *homo malus.* Illud, quod est secundum respectum ad malum formaliter, Malum est vel caussaliter malum, vel significatiue. Caussaliter: vt *cibus malus,* id est, caussa mali. Significatiue: vt *color malus,* id est, indicium mali. *Goclenius Metaphysic. cap. 6. pag. 69.*

& à multis pro specie qualitatis habetur.

Sed male: ἀδυναμία enim est priuatio. *Arist. 4. Metaph. cap. 11.* Priuatio autem nullam entis speciem constituit, vt antea ostensum est. Ergo.

V. Malum morale est, quo rationales creaturæ infectæ diuinæ legi & rectæ rationi resistunt.

VI. 2. Malum aliud est malum culpæ; aliud malum pœnæ.

VII. Malum culpæ est omne peccatũ, quod cum diuina lege pugnat.

Nimis stricte & anguste definit Dionys. Carthus. *dicti lib. artic. 67. sect. 2.* malum culpæ priuationem debitæ actionis: cum peccatum originale quoque sit malum culpæ, & tamen non sit priuatio debitæ actionis, sed actus primi, seu habitus, per quem idonei sumus Dei legem implere,

VIII. Malum pœnæ est id, quod peccantibus propter malum culpæ infligitur.

IX. Malum aliud dicitur ἁπλῶς, aliud malum τινί.

X. Malum ἁπλῶς est nuda & mera priuatio perfectionis debitæ inesse.

LIBER I. METAPHYSICÆ De affectionibus entis simplicibus, & iis, quæ ante eas sunt explicandæ.

Lib. II. De Affectionibus Coniunctis Absolutis.

Lib. III. De Entis Consensione.

Lib. IV. De Entis Dissensione.

Lib. V. De Substantia & Accidenti.

Lib. VI. De iis, quæ per accidens in Metaphysica docentur.

FINIS.